

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

**[Theologische Traktate, gedruckt und handschriftlich] -
Cod. Rastatt 23**

Verardus, Maximilianus

[S.l.], [Ende des 15. Jahrh.]

In laudem Serenissimi Ferdinandi Hispaniarum regis [...]

[urn:nbn:de:bsz:31-284137](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-284137)

15942

Supra

LK 498

4(3)

In laudem Serenissi-
mi Ferdinandi Hispaniæ regis / Bethi-
cæ & regni Granatæ / obsidio / victoria / &
triūphus / Et de Insulis in mari Indico
nuper inuentis



In Bēthicū triūphū: cōgratulaō S. Brant.

Sī Fernande tibi possent mea carmina/laudis
Ferre aliquid: vel te concelebrare tamen:
Exigeres id iure tuo. q̄ Bēthica nuper
Tu virtute tua/regna vetusta capis.
Quæ iam mille/minus paucis/amissa p̄ annos
Machmeti dirum sustinuere iugum.
Subdita cunq; tibi dūtaxat Tarracon esset:
Iam subit in titulos Bēthica magna tuos.
Victa etiam p̄ te Lusitania: ferre tributum
Cogitur: atq; tua sunt tria regna manu.
Ordine tu certo/patriā prius esse fidelem
Fecisti: atq; duces sponte subire iugum.
Deinde satisfaciens tituloq; bonoq; paterno:
Hispanos omnes tu facis esse tuos.
Iamq; tenes quicquid pyrenço clauditur arcu:
Abluit & si quos magnus Iberus agros.
Quicquid ab extremis disternat oceanus vel
Gadibus: addo etiam regna reperta mari.
O patria/o foelix Germania: si tibi reges
Aut fortuna pares: aut deus ipse daret.
Credo equidem/cunctus nostris sub legibus orbis
Iam dudū foret: & clymmata cuncta soli.
Cōqueror ah qd enī: cū Rex modo Maxmilianus
Romani caput & sit decus imperii.
Qui maiora quidē iam dudū facta patraffet:
Sī sibi tuta foret debita quæq; fides.
Et faciet maiora fide: modo fata secūdent
Et sua disponat prospera quæq; deus.

Caroli Verardi Cæsenatis Cubicularii Pontificii in
historiam Bætícam ad R. P. Raphaelem Riarium
S. Georgii Diaconum Cardinalem.

Præfatio

Quam foelix ille venerande præsul: & iampridẽ
ab vniuerso christião orbe: mille votis exoptatus
nuncius Romã puenisset: quo cognitum est vrbẽ
Granatã: cũ omniẽus regno: quod per octingetos
fere annos: impio Magmedis domi natu oppressum
fuerat: iugo seruitutis excusso: in christi libertatẽ
erectum / nũc tandem in potestatẽ ac ditionẽ
Fernandi & Hellisabes christianissimorum Inuictissimorũq;
Hispaniã Regis ac Reginã deuenisse: memet cõtinerẽ
nõ potui: quin arrepto calamo summã saltem huius
rei litteris mãclarem: præsertim cũ ob eam causam
Pontifex ipse Maximus: Senatus apostolicus: Populusq;
Romanus / tanta victoriã exultans: quibuscunq;
posset modis: læticiã suã signa mōstraret. Templis
omnibus sacrificerent: Supplicationes per dies complures
ad cuncta puluinarã cōstituerentur: Gratia deo immortalĩ
ac diuo Iacobo Hispaniarum patrono ad aras omnis
ageretur: Vrbe tota longissimus sacerdotũ ordo
diuinis hymnis & gratulationibus personaret: Noctem
lampades flãmĩs vinceret: Inter diu
aa ij

ludi per omnia fere cōpita celebrarentur. Hic taurorum venationem: quos expediti Iuuenes Iaculis aut ensibus cōficerent: populo æderet: Ille pugnā equitū leuis armaturæ qua potissimū Mauri vtuntur: exhiberet: Alius expugnationem vrbs Granatæ cum summa omniū referret voluptate: Tu vero omniū magnificentiam longe supergressus: quo singularem animi tui lætitiā: quā ex hac christianæ religionis amplificatione cœperas: & simul amorem obseruantiaq; quibus inclytos illos principes prosequeris: ostenderes: speciosissimum currum: quo iidem de Baudeli Granatæ rege triumpharūt: tanto sumptu & apparatu: tantaq; pompa & splendore induxisses: vt Senatus populusq; Romanus veteres illos maiorū suorum triūphos iam pridē seculis nostris incognitos nunc demū spectare sibi videretur: & simul in circo in gentibus propositis præmiis celeberrimos ludos: in quibus equites grauis armaturæ longis inter se hastis cum summa populi voluptate cōcurrerēt: pluribus diebus ædidisses. Itaq; ego tantoꝝ vestigia secutus: quo & ipse p̄ virili pte interiora animi mei gaudia: quo pacto possem cunctis aperirem: & simul nostrorum tempore felicitati quodā modo gratularer: vnus dūtaxat diei: quo videlicet Vrbs Granata Baudel' regis bello iam fracti fameq; fatigati deditiōe recepta est: acta cōplexus sum: historiāq; interlocutoribus psonisq; ita cōtexui: atq; distinxī: vt totam rem ita vti

gesta est: posset Populus Romanus nō solū aurib⁹
p̄cipere: verū etiā oculis intueri: eāq; tuo amplissi =
me Antistes: cui omīa debeo: nomini dicaui: tuoq;
acerrimo iudicio castigandā subieci. tibi enī vtpo =
te Regiꝯ illoꝝ maiestati deditissimo: & qui i primis
hac nostra tempestate ingenis faues: & de eoꝝ stu =
diis ac scriptis iudicare potes: id muneris potissi =
mū debebat. Eam igitur cū tu magnop̄e pbasses:
cōfestim temporario / in tuis magnificētissimis aedi =
bus / excitato theatro: recenserī agiq; curasti. Tāto
autē patrū ac populī silentio & attentione excepta
est: tātusq; fauor ac plausus subsecutus: vt iam du =
dū nihil æque gratū ac iucundum auribus oculisq;
suis: oblatū fuisse oēs faterent̄. Quod ea potissimū
causa cōtigisse crediderim. q̄ res erat p̄ se ipsa gra =
tissima: & excellētis virtutis / q̄ Rex & Regina præ =
diti sūt: cōmemoratio: nobilibus & bene institutis
animis nō iucūdiſsima esse nō potest. Eandē hīsto =
riā: nō tam meꝯ fame (quæ per exigua esse potest)
q̄ Regiꝯ glorię studēs: eodē te hortāte: vna cū nō =
nullis carminibus: quæ Bartholīnus Verardus ne =
pos & alūnus meus: facili & copioso adolescēs inge =
nio: me auctore lusit: vulgandā putauī: quo reliq;
etiā populis christiani noīs: qui dū ageret interesse
nequiuerūt: tam præclaræ victoriæ. tātāq; virtutis
splendor illucesseret: possentq; hoc exēplo: admo =
niti reliqui Reges / ac principes nrī: intelligere q̄nto
gloriosius salutariuſq; sit: p̄ religiōe nostra tuenda

vel amplificanda aduersus eius hostes arma fumes
re: q̄ pro leuibus & caducis fortunæ muneribus (vt
sæpe solēt) inter se digladiari. Vale Præsul optime:
humanitatis / ingenii / & modestiæ columen.

Argumentum

Ebus suis Rex Maurus cū diffideret:
Suos amicos consulit: variantibus
Sententiis quorū / incertus dimittitur.

Mox nunciū aduentu Thurcarū principis:
Spondentis illum inuasurum Trinacriam
Cum vere primo: confirmatur plurimum:
Diemq; lætum hunc / statuit in conuiuio
Luxu parato regio traducere.
Sed illud omne perturbauit gaudium:
Speculator hispanorū Regem nunciāns
Vrbem continuo decreuisse inuadere.
Post paulo Regis Numidarum litteris
Permagna pollicentis sibi auxilia
Erectus animo. præfectum cum copiis:
Hostilem mittit qui contundat impetum.
Sed territus postremo vxoris somnio:
Exercitusq; internitione cognita:
Bello fameq; fractus: ac demum omnibus
Rebus iam desperatis. ad clementiam
Confugit hostis: urbem / seq; tradidit.

Fernandus & coniunx summa cum gloria:
Granata & omni illius regno potitur.

Prologus

Salutem primū Spectatores optumī
(Quorū frequētia: vultuq; maxime
Lætor sereno) vobis summam nuncio.
Aures mihi dein si dabitīs propiciās:
Qua huc gratia prodierim: paucis eloquar.
Apporto non Plauti/aut Neuii comœdias:
Quas esse fictas scitis omnes fabulas.
At nouam vobis veramq; fero historiam:
Per quam licebit nosse: vt summi principes
Fernandus & coniunx/domuerūt Bæthicam:
Regniq; Granatā caput: & finitimis
Terrorē populis adiecere Imperio:
Quod/fabulis si in uictis: tantam capere
Soletis pleno voluptatem pectore:
Quid quæso res vbi narratur verissima:
Cognitioneq; digna: vos facere addecet!
Præsertim cum vlla hic tyrannorū scelera
Non sitis audituri: aut fastus regios:
Intolerandam vel bonis superbiam:
Quæ sæpe describi solent tragœdiis.
Neq; audientur lenonum hic periuria:
Seruorum technæ: aut meretricum blandiciæ
Auara non vsquam lena hic inducitur:

a a iiij

Miles ve gloriofus: aut fycophanta impudens:
Edax ve parasitus: vel matrona impudēs:
Paterue durus: aut amator cupidus:
Et reliqua: quæ in Graiis noſtrisq; comiſis
Spectata præbent voluptatem plurimam.
Verum pudica / honeſtaq; hîc ſunt omnia:
Summoq; cuncta perfecta conſilio
Virtute ſemper duce: fortuna comite:
Fides / boniq; mores / & probitas vîgent:
Nullus ſuperbiæ: nullus auariciæ eſt
Locus relictus: aut foedis amoribus.
Vos i taq; / virtutem qui facitis maximi /
Fauere noſtræ decet huic hîſtoriæ:
Animumq; ſummo aduertere cum ſilencio.
Requirat autem nullus hîc comœdiæ
Leges vt obſeruentur / aut tragœdiæ:
Agenda nempe eſt hîſtoria: non fabula:
Adeſte iam æquis animis: & pernoſcite
Maurorum Rex en qui foras egreditur.
Suis cum conſultoribus: ſibi quid velit.

Baudelis Maurorū Rex / Hallatar / Ser-
raia / Habdiſbar: conſultores.

Roſecto quanto magis magiſq; cogito: tã
to mihi res noſtra duriore in loco eſſe vide-
tur: dabitq; nimirū hîc Rex Hiſpaniæ no-
bis magnū malum: cui quod remediū inueniam:

aut quid cōsiliū capiam: nescio. Ita nobis omnia ad-
uersa: hostibus p̄spera cōtigere. Quicquid tentauī
mus frustra fuit. Spes haecenus vanā: conatus ir-
riti fuere: Fame / omniūq; rerū inopia premimur:
hostis adest: Instat: nullā requiem fessis pr̄bet. In
vna deditiōe spes omnis ostendit: Quā tamen ita
abominor: vt emori per virtutē facius putem: q̄ ho-
stibus ludibrio esse. Proinde vos: quos semp̄ sup̄re-
mos; habui comites consiliorū meorū: quiq; aetate
ac longo rerū vsu plus sapitis: mihi quid agendum
sit: consulite. Nam ego quidē ita sum animo per-
turbato: tot me excruciat curę: vt quid mihi / regno
q; meo expediat: nō satis dispicere possim. Igit̄ tu
Hallatar: qui dignitate pr̄stas: edissere nobis qd
sentias. **HALL.** Graue onus optime Rex meis
humeris imponis: qui me iubeas imparatum tanta
de re ex tempore dicere: maluissimq; vt hi collegæ
mei: priores sententiā dixissent: quo plus ad cogitā-
dum spaciū haberem: & simul eorū prudētia instru-
ctus: ad dicendū paratior accederem. veꝛ quando
ita iubes: parebo: atq; animi mei iudiciū paucis ape-
riam. Nō clam me est Inclyte Rex: quot damna /
quot incōmoda / quot clades (quorū nō postrema
pars fui) in hoc diuturno & calamitoso bello: ab ho-
stibus passi sumus. verū nō vsq; adeo vires imperiū
tui fractæ sunt: spes opesq; cōciderūt: vt nisi dedi-
tionē feceris: salus desperāda sit. Nam p̄ deū imor-
talē: primū cōsidera robur ac multitudinē militum

tuorū sexaginta milia & eo amplius lectissimorū ac fortissimorū pedītū: vrbe suo firmo p̄sidio nō exuta: in aciem educere potes. Circūspice hūc splendorē equitū: quātus sit in eis vigor: quāta rei militaris sciētia: q̄ ad pugnandū p̄mpti: & ad decipiēdum hostem edocti sint: meditare. Deinde cogita quāta subsidia ab Rege Numidiā: Mauritaniāq; principibus: & ab ip̄o Thurcarū Impatore sperare merito possis. An est verisimile: hoc inclytū regnū: quod ī vltio Europę angulo: tāta cū nr̄a: atq; adeo oīm Mahumetis sectatorū gloria: & summa cōtra christianoꝝ ignominia: annos circiter octingentos p̄seuerauit: eos passuros nūc opprimī: pessundari: atq; deleri? At enim dices: cur tā diu subsidia: si vlla missuri fuerāt: distulerūt: & donec in extrema constituti essemus necessitate: expectādū putauerūt? Multę possūt esse causę: quę illos ab hoc honesto ac debito officio / quę nos latēt: retardarūt. Sed illa in apto est: q̄ existimarūt nos nr̄is opib; ac virib; vt maiores nostri fecerūt: ad resistendū hosti paratos satis esse: neq; fieri vnq̄ posse crediderūt: vt tot opida: tot castella: tot vrbes arte ac natura munitas: pugnacissimo milite: instrumēto bellico: omni q; reū copia instructas: tā cito amitteremus. Nunc vero cū res nr̄as in angusto sitas esse: atq; in id p̄pe deductas discrimē animaduernerit: vt nisi celeriter succurrat: aut turpis deditio: aut dirū huius vr̄bis excidiū: cū maxia oīm nostrū strage sit futurę: ve-

riſimile nō eſt. Mauros potiffimum: qui in pximo
ſūt: nō totis viribus in auxiliū noſtrū deſcenduros:
cū præſertim eos nō lateat incendiū noſtrū ad eos
pertinere. In puerbio eſt: Tua res agit paries cum
pximus ardet. Num enim ſperare poſſunt Regē ac
Reginā Hispaniaꝝ: quoꝝ hi ſūt ſpūs: ea (ſi de ho-
ſtibus verum fateri libet) magnitudo animi: vt vni
uerſus orbis eorū cupiditati ſatis eſſe non poſſit: ſi
tuo in dlyto hoc Regno p victoriā (quod dii omen
auertāt) potient: quieturos eſſe: & nō ſtatim omni-
bus imperii ſui viribus: totaq; bellī mole in African-
trā miſſuros? Quare tuā iſtā Rex animi magnitu-
dinē atq; cōſtantiā mirifice laudo: q; præſtare exiſti-
mes: p virtutē emori: q̄ deditiōnē facere. Nā qd eſt
aliud hoſtibus: præſertim chriſtianiſ: quibus cū tā-
to odio diſſidemus: ſe dedere: q̄ in miſerā / turpē /
ac ppetuā ſeruitutē ſe ac liberos poſterosq; oīs ſuos
tradere? Quod ſi nos amici forſan deſeruerūt: auxi-
lia ſperata deſecerūt: virtutiq; noſtræ fortuna inui-
derit: nōne præſtabilius eſt viroꝝ more pugnantes
occumbere: & nō incruentā hoſtibus victoriā re-
linquere: q̄ aut exutos libertate (quā nemo bonus
niſi cū anima ſimul amiſit) in prædam & ludibriū
trahi: aut veluti pecudes ab hoſtibus trucidari? Sa-
guntini in hac terra hispania (vt in hiſtoriis memo-
riæ proditum eſſe accepi) quo Romanis: quibus
cum fœdere & amicitia iuncti fuerant: fidem ſerua-
rent potius quā ſe Hannibalī dederent: immani in
foro excitato rogo: ſe ſuoſq; atq; inſup opes omēs

igni ferroq; corruerūt. Ergo quod illi / p̄ fide Ro-
manis seruāda / fecerūt. Nos p̄ aris. p̄ sanctissimis
focis. pro delubris atq; templis: postremo pro ea fi-
de: quā deo n̄o & clarissimo eius propheta Mahu-
meti debem⁹: si ita necessitas (quod minime reor)
cogat / facere recusabim⁹. Huc accedit q̄ nu nquā
eundē cursum ac tenorem fortuna seruat: Nūcho-
stibus fauet: forsitan post paulo / tibi ac tuis arride-
bit: Quī scīs an ita dī fata ordinarint: vt Maurorū
in Europa Imperiū / magno motu cōcuterent: poti-
us q̄ euerterent: admonerētq; nos imbecillitatis hu-
manæ: cuius nimia in secundis rebus obrepit obli-
uio? Igitur Rex (ut iam dicendī finem faciā) te hor-
tor: vt bono fortiq; animo sis. virtuti militū tuorū
confidas: externa auxiliā nō desperes: & postremo
Deum nostrū: cū propheta suo Mahumete: p̄ hoc
imperio quod suū esse nouit: pro aris atq; templis
suis: si eum sancte pieq; coluerimus / ac nobis ip̄i nō
defuerimus: pugnaturum: nostræq; virtuti ac pieta-
ti non defuturū esse cōfidat. BAV. Non inuito ad
aures meas tua istec peruenit oratio. Nam vt fortē
virum / & ætate integrum militem decet: bene spe-
ras: meq; vt idem faciā: multis rationibus exemplis
q; adhortaris: & sane: modo id fieri possit: magno-
pere huic faueo sententiæ. sed me multa pturbant:
quæ alias proferentur. Nunclibet ordine sententi-
as vestras exquirere. Dic igit̄ Serraia: meq; si potes
prudēti tuo cōsilio: ex tantis curis miserisq; exime!

SERRAIA. Difficile est id quidē optime Rex. & quod præter deum vix quenq̄ hominū præstare tibi posse arbitror. BAV. Cur quæso? SERRAIA. Quia in tāta aduersitate fortunę: vix optari fas est: vt curis molestiisq; plurimis careas: etiā si miseras euaseris. BAV. Recte ais. neq; id ego propterea dixeram: q̄ me curis molestiisq; vacuū esse posse sperarem: Sed te vt hortarer consilio: quo polles plurimum: me iuuares. SERRAIA. Vtinam ea esset in me prudentia: quā mihi tribuis: quam ego mihi neq; sumo: neq; arrogo. BAV. Pro modestia tua id facis: at ego q̄tum prudentia valeas. re ipsa expertus intelligo: vtinamq; tibi bene monēti hæctenus obtemperassem: Nam meliore fortasse in loco: q̄ nunc sunt: res nostræ forent: Itaq; aperi mihi sensū animi tui: neq; expectes: vt te interpellem. libētius enim vt Hallatarem modo audiam: perpetua oratione sententiā tuam explicantem. SERRAIA. Postq̄ ita vis. parebitur tibi. Quā vellem Rex vt rebus nostris ita fortuna arrideret: vt merito possem Hallataris: quem sedulo dixisse credo: sententiā confirmare: ac tibi spem aut victoriæ: aut saltē defensionis iniicere. Nihil enim libētius fecissem: Sed si res: q̄tum ego iudico: non finit: facius esse duco: vt tibi vtilia & vera consulam: q̄ iucunda & magnifica dicendo: vana spe te interim lactem: ac gratiā studeam aucupari tuā Paulopost vero in eum locū res deducatur: vt ipsa si cupiat salus: te ac tuos ser-

uare nō possit. Quid est enī quod nobis spem vllā certā prebere videatur: siue hostiū opes ac vires. siue nostras diligēter pensitauerimus? Nonne omīa victoriā illis polliceri: nobis pñiciē: & huic vrbī ex- cidium: nisi nobis mature consuluerimus: minitari videntē? Reminiscere quæso (licet molestū sit) quo- tiens p̄ hosce decē annos: quibus dirū hoc bellum frustra propulsare conamur: exercit⁹ tuus fusus fu- gat⁹ sit: quotiēs castra capta atq; direpta. Quot castella: quot opida. quot vrbes: quæ adeo manu & natura munitæ fuerāt: vt hostes: nisi a cœlo ve- nirēt: cōtēnere posse viderent: partim vī & armis. partim terrore subactæ. in potestatē hostiū deue- nerint: Ad quod oppidū vnq̄ hispaniæ Rex admo- uit exercitū: quod non cœperit: quid concupiuit: quod nō affecutus sit: quocunq; se cōtulit: virtutē eius fortuna comitata est. Quid nunc opus est: vt dāna: iacturas: clades & calamitates: quas interim passi sumus: cōmemorem: cum eas: etiam si cupias obliuisci nō possis: & hoc nihil aliud foret: q̄ obdu- ctum paulisper vulnus exulcerare. Hæc igiṛ omittamus: cōsideremus si placet hostis potentiā. Longum esset referre quot vrbes: quot prouincias: quot regna possideat. At nō habundāt iis rebus quæ bello vsui sunt: immo præter ceteras prouincias: iis re- fertæ sunt maxime. vt enim omittam q̄ frumētī vī nī ceterarūq; rerum ad victum pertinentium hispa- nia feracissima est: & equoꝝ mltitudine ac pñicita-

te reliquas anteit puincias: Sicilia que Fernādo pa-
ret: frugū mater appellaē: Equos mittit oīm bellī-
cosissimos. Calybes / ferrū / tāta copia sufficiūt: vt
inde in ceteras orbis partes asportē. Auro vero:
quo nō minus q̄ ferro bellū administratur: hostes
habundare quis dubitet? Cum Tagus & alia nōnul-
la eorū flumina harenis aureis fluere dicant. Nam
de militū numero quid attinet dicere? cum tanta se
illī sponte multitudo offerat: vt plures quotannis
sint domū dimittendi: q̄ ad bellū cōuocandi. Qua-
le vero & quantū sit eorū robur: quæ in cōmitten-
do proelio alacritas & audacia: In perseuerādo cō-
stantia: quantus in dimicando mortis cōtemptus:
vt aut vincere aut mori paratī sint: sapius q̄ e re nra
esset experti didicimus. At dicet fortasse quispiam
exercitus ipse inuictus est. fateor. Sed duce & impa-
tore: qui illum norit regere: indiget. vtinā ita esset:
nam nō foret necesse nos nūc tāta cū sollicitudine:
& animi anxietate his de rebus consultare. Sed ha-
bet (habet inquā) ducē: cui nulla earū rerum: quæ
in perfecto & cōsummato imperatore exigunt. de-
sit. imo adsint omēs cumulatissime. Inuita hoc in
loco versatur oratio mea. cogitur enim de acerrimi
infestissimiq; hostis nostri laudibus differere: sed
tantas vires habet veritas: vt etiam ab inuitis ho-
stibus veram confessionem extorqueat. Quæri-
tur in summo Imperatore rei militaris scientia. At
Rex Hispaniæ in armis (vt ita dixerim) natus: ibi

adolescentiã: ibi iuuentutem: ibi mediã ætatem
exercuit. Nam pene puer: bello: quod cum Barci-
nonẽsibus & aliis populis descendentibus a patre ge-
stum est: paternis auspiciis militauit: in quo diffici-
le dictu est (vt memorãt) quantã indolem virtutis:
quot signa fortitudinis: magnanimitatis ac futuræ
probitatis ostẽderit. Eo vero adhuc prætextato cū
Lusitaniæ Rex magni vir animi ac virtutis vniuer-
sam fere Hispaniã citra Iberum: infinito pene exer-
citu inũdasset: ac fauẽtibus pluribus eius regni prin-
cipibus & tetrarchis. iam Castellæ regno tanq̃ opi-
mẽ prædẽ incubaret. Fernãdus: hostis nũc noster:
tãta celeritate: tãta virtute: tãta deniq; foelicitate il-
lum ex Castellæ regno expulit: vniuersam Hispani-
am: quæ ad se dotis iure spectabat: recepit ac paca-
uit: vt nõ homo: sed numen aliquod de cœlo dela-
psum tantũ bellũ: tã intestinũ: tantis viribus omni
ex parte subnixum tam breui confecisse videretur.
Nobiscum vero cum decimũ iam annum: & quidẽ
semp victor pugnauerit: quod genus belli: quæ di-
micatio: quæ disciplina militaris: quæ calliditas: aut
in cõparandis hosti insidiis: aut deuítandis: & cete-
ra id genus: ei ignota esse possunt: ac non assiduo
vsu pcepta & cognita? Virtutes Imperatorias quæ-
ris? At quanta sit Fernandĩ in subeundis periculis
constantia: in rebus moliendis efficiendisq; veloci-
tas. in negociis laboris patientia. in agendo indu-
stria. in prouidendo cõsiliũ: Ad hæc quãta sit eius
aĩ mignitudo. mortis cõtẽptio. verẽ gloriẽ laudisq;

cupido. solertia. innocētia. rebusq; in omnibus tē-
perantia: & nos ipi maxima ex parte sumus expti:
& tot victoriæ maxima eius virtute summa cū glo-
ria partæ declarant. De Auctoritate in Rege præ-
sertim / superuacaneum est dicere: quem omnes so-
cii ac populares colunt ut deum: nostri metuunt vt
pestem. Iam vero foelicitate quanta is esse putan-
dus est: qui fortunā ipsam in omnibus bellis: in po-
testate habuisse videatur? qui omnia sua cōsilia ita
gubernarit: p̄spereq; perfecerit: vt ad extollēdum
exornandūq; ex hominibus cū virtus & fortuna cō-
tendisse credantur. Cōsideremus porro aduersum
hæc omnia: quæ præsidia belli: quæ spes nobis sit re-
liqua. Virtuti tuorum militum fidere nō potes: cū
omne robur exercitus: superiorib; bellis / & Malacē-
si Bastensiq; potissimū cladibus amiseris: vt enim
quisq; fortissimus & audacissimus fuit: ita prim⁹ in
acie cecidit. Si non virtus: at multitudo fortasse mi-
litum tibi auget animos. sexaginta milia peditum:
& eo amplius: vt Hallatar noster dixit: in acie edu-
cere potes. Sed hæc si ad exercitum hostiū compa-
rentur: quid sunt: aut quid possunt? In quo etiam
illud inest incōmodū: quod quo maior est turba:
eo citius: si nō bello: at fame ac peste: conficietur.
Cōferre vtriusq; exercitus inter se duces: odiosum
sane est. Sed si verū fateri volumus. licet Rex sis cō-
silio prudēs: in præliis audax ac manu promptus:
non potes tamen cum Fernando iure comparari a

quo sepius victus: & semel captus: quantum ille in bello valeret: tibiq; præstaret: tute ipse sensisti. Extrema vero auxilia tam diu frustra expectauimus: vt stultum esse putem in eis spem vllā ponere: præsertim cū ita ferro / fame / incōmodisq; omnibus vr̄geamur: vt bellum trahere: diutiúsq; ea expectare non detur: In præsentiq; nobis deliberandū sit: vt aut omnes moriamur: aut deditiōnē faciamus. Et profecto licet vtrunq; sit durū: tamen si ex duobus malis: minus eligendum est: deditiōnem potius faciendam suadeo. Ad quod potissimum te hortari debēt: Regis ac Reginæ hispaniæ: tum singularis humanitas / mansuetudo / facilitas: Tum summa in promissis constantia & fides: & aduersum eos: qui se sponte dediderūt: inaudita clemētia. nā eos tam benigne tam indulgēter tractare dicūtur: vt nō seruatorum (quod iure belli possent) sed amicorū & sociorum quodā modo loco habere videantur: eosq; suis legibus atq; institutis: suo ritu ac cerimoniis viuere patiantur. Vt igitur in pauca cōferam. cum neq; ipi: ad resistendū hostis potētia ac virtuti pares simus: neq; diutiús obsidiōnē / ferro ac fame vr̄gentibus / tolerare possim⁹: neq; in externis auxiliis: iā pridē frustra expectatis: spem habere debeamus. Cōtraq; liceat plurimū benignitati & clemētia Regis ac Reginæ confidere: q̄ primū deditiōnem faciendā esse cēseo. BAV. Dic tu abdisbar. ABDIS. Tam multa sunt in vtrāq; ptem & ab Hallatate a-

animose: & a Serraia dicta sapiēter: vt illis auditis
magis sim animi dubius: q̄ si in initio mihi senten-
tia dicēda fuisset. Itaq; cum ea res in consultationē
veniat: qua nulla maior excogitari queat: quippe
in qua de fortunis omnibus: de liberis ac cōiugibus
nostris: de vita: de libertate: de aris atq; templis a-
gatur: ego amplius deliberādū censeo. BAV. Me-
rito vos omnes laudo: nā & si vestris variis senten-
tiis: satis me incertum dimisistis: tamen his hinc &
hinc auditis: videor p̄p̄modū quid mihi/ Regnū
q; meo expediat: posse dispicere. Quanq̄ autem in
Serraia sententiā: animus magis inclinare videtur:
tamen quia a sapientibus viris solitum dici audio:
Consulendū cūctanter: agendū vero esse celeriter.
Placet in aliū diem: iuxta Abd̄sbaris consiliū: hāc
cōsultationem reicere. Ite igit̄ vos intro: & ad suū
quisq; munus redite: ac sup̄ his etiā atq; etiā cogitā-
tes: parati estote: vt cū vos iterū cū aliis nostri Re-
gni p̄ceribus: quibus cū placet hęc cōmunicari: in
conciliū euocauero: nihil moræ sit: quin pari cōsen-
su: recte sapienterq; mihi consulere possitis. Tu ve-
ro Abd̄sbar: ne a latere meo discesseris. nam est:
quod te velim. ABDIS. Ego vero nusquā abeo:
& ad tua iussa præsto sum.

Speculator Ragel. Baudelis Rex. Abd̄sbar.

Ubi nunc ego Regem quæram: aut quo pri-
mum intendam? Nam nunq̄ eodem in lo-
co quie scit diu: nunc vrbis mœnia lustrat:

bb ij

defensoresq; in propugnaculis disponit: nunc in ar-
ce: quæ ad defensionem oportuna sunt: parat: mo-
do hanc portam: quæ recta ad hostes tendit: pau-
lum egreditur: vt inde quid hostes moliantur p̄spe-
ctet: aut primus audiat. q̄ vellem eum nūc obuiam
dari: ne mihi in arcem transcurso opus esset: & hoc
amplius ad lassitudinem adderetur. BAV. Abdif-
bar. Quem video horsum tendere: est ne hic specu-
lator Ragel: an non est? ABDIS. Certe ipsus est.
BAV. Nō temere esse arbitror: q̄ sic festinat. Hei
misero mihi. ABDIS. Quid times? BAV. Quia
per hæc tempora: ita sum assuetus audire quæ no-
lo: vt semper cum nunciū quempiā conspicio: mali
quid animus p̄sagiat mihi. Heus Ragel. Quo p̄-
peras? RAGEL. Hem. Quis me vocat? BAVD.
Respice ad me: & scies: RAGEL. Opportune. ad
te ibam. Salue Rex. BAV. Quid affers? leta ne:
an tristia? RAGEL. Non hercle certū scio qualia
sint. Illud dicam: quod vidī. BAV. Expedi. RA-
GEL. Iam. Verū sine me: si libet: vel paulisper re-
spirare: nam præ cursu vix loqui possum. BAV.
Mos geraſ tibi. Eia eloquere iam. RAGEL. Elo-
quor. Cum essem in specula: ad eamq; partem: quæ
ad mare vergit: oculos conuicerem: prospexi quos-
dam nouo habitu: quem nunquā ante hac viderā:
horsum ad moenia tendere: statimq; cucurri: vt id
tibi nunciarem. BAV. Amici ne a n hostes esse vi-
si sunt tibi? RAGEL. Nescio. illud scio: q̄ prope-

rantes veniebant. BAV. Hostes sunt igitur. AB-
DIS. Qui scis an iccirco properet: ne Hispanoꝝ:
(qui omnia fere circum obsident) custodias elapsi:
iterum in eorū insidias inciderent: ab iisq; caperen-
tur. BAVDELIS. Omnia timeo: & quid timeam
nescio, ABDISBAR. Desine quæso male suspi-
cari: & ad eas miserias: quas res ip̄a: & aduersa hæc
tempora ferunt: metum & sollicitudinem (vt reor)
vanam adicere. BAVDELIS. Cedo Ragel: qua-
lis fuit habitus iste quem dicis? RAGEL. Censen
me potuisse ex specula tam cito omnia considerare
ac perpendere? Illud tibi affirmare possum: q̄ eo-
rum habitus propior nostro q̄ Hispanico visus est.
ABDIS. Rex ne dubita: nam nisi me animus fal-
lit: amici sunt. BAVDELIS. Ita deus faxit. Sed
opportune adest Bomilcar alter speculator. AB-
DIS: Hic te certiozem reddet.

Bomilcar, Abdisar, Baudelis Rex.

A quis me vnq̄ fuit foelicior nūcius? Nemo
hercle quisq̄. Nam tantum boni Regi ap-
porto: q̄tum a dis vix audeat optare. Sed
vbi eum quæram? quem perconter? ABDIS. Au-
din tu illum? BAV. Audio: sed quid dicat nō satis
intelligo. ABDIS. Lætus est. BAV. Ita videtur.
Heus Bomilcar. BOMIL. Haud mirum est reuo-
cari properantem de via. Quis me vult? BAV. Is
qui tibi imperare potest. BOM. Hem. saluus sis
Rex. te ipsum quærebam. BAV. Quid est Bomil-

bb iij

car. quid affers? BOMIL. Affero nuncium: cuius te maxime participem fieri velles: si scires quātū in eo sit boni. ABDIS. Dixi tibi te frustra timere? BAV. Explica ergo quāprimū quid apportes: & metū: in quo nunc sum: adime. BO. En adimo. Legati Thurcaꝝ Imperatoris ad te cū muneribus veniūt. BAV. Qui id scis? BO. Quippe qui ex ip̄is audiui. Nam: vt diligētis speculatoris poscebat officium: illis visis: curauī vt scirem qui nam essent: & quid ferrent: quibus cognitis ad te quāprimū aduoluī. BAV. Diligentiā tuam laudo. O summe rerū opifex gratias tibi ago: quod ex tot vnus tādem latus allatus est nūcius. Abdisbar: propera illis obuiam: atque huc ad me quāprimum eos adduce. Nam vbi intus quæ opus sunt facto: impauero: mox huc reuertar: vt legatos hic corā omnibus honorifice excipiam: quo populus qui iā diffidebat rebus suis ac nostris: horū aduētū aliq̄tulum a malis respiret. Vos ad speculas vestras redite: atque heus curate: vt ita diligenter obseruetis: quæ apud hostes gerant̄ oīa: vt ne musca quidem illic se cōmouere possit. quin a vobis statim certior fiam.

Legatus Baiazit Imperatoris Thurcaꝝ.

Abdisbar. Baudelis Rex Granatæ.

O Ici nō potest quāta me cœperit voluptas postq̄ Granatæ mœnia p̄spexi. Tot enim pericula maris ac terræ in tam longa peregrinatione passus sum: vt nunq̄ me huc incolumen

peruenturę putarę. ABDI. Nō mirum si gaudes.
Quid est enī iucundius: q̄ extra picula positū: præ-
teritoꝝ laborū recordari. Sed Rex egredit̄. LEG.
Salue optime Rex. BAV. Et vos saluete. LEG.
Magnus Thucrazę Impator cū his litteris ad te nos
ire iussit: quas vbi legi mādaueris: quod veniamus
explicabimus. BAV. Lege has Abdisar. ABD.
Cedo: Soltan Baiazit magnus Thucrazę Impator
Baudeli Granatę Regi. S. P. D. Qui tibi has red-
didit familiaris noster est magne apud nos auctori-
tatis & gratię: ei mādauimus: vt nōnulla nr̄is verbis
tibi nūciaret. Quare fidē ei habeas: & que ex eo ac-
ceperis: putato ex me ipso accepisse. Vale ex vrbe
nr̄a Cōstantinopolī. x. kl. Octobris. LEG. Optu-
me Rex magno animi dolore nup̄ affect⁹ est in-
clytus imperator Thurcaꝝ: q̄ accepit ex tā munito &
viris/armis/equisq̄ affluētī regno: nihil tibi reliquū
esse præter hęc vnā vrbem imperiī tui domiciliū: &
tot quondam Regum potētissimorum fortissimo-
rumq̄ parentem: quos ferunt vniuersę Europę: po-
pulisq̄ Christiani nominis sæpe terrori fuisse. Reli-
qua omnia oppida/castella/vrbes/puinciasq̄: par-
tim belli impetu & terrore percussas deditōne fa-
cta: partim & maiore quidē ex parte: vi ferroq̄ ex-
pugnatas ac direptas: in hostiū tuorū: imo cōium:
deditōnem iusq̄ cōcessisse: metuendūq̄ esse: nisi tibi
aliū de succurrañ: ne cū magna tua tuorūq̄ clade:
& simul Mahumetis sectatorū ignominia: aut ho-
sti succumbas: aut turpē deditōnē facere cogaris.

bb iij

Cunq; animaduerneret: hoc incendiū: nisi celeriter
extinguat: aut saltē subductis fomētis imminuat:
facile posse latius diffundī: & Affricā primo: dein-
de etiā Asiam fortasse corripē: statuit ad cōmune
incendiū extinguedū: cōibus quoq; viribus occur-
rere: & p virili pte: tibi regnoq; tuo: q̄ posset ope:
nō deesse. Itaq; nos huc ad te legatos misit: q̄ ver-
bis eius polliceremur: primo quoq; tpe: quo tempe-
stiuū esset ad nauigandū mare: eū ingētī classe Si-
ciliam Sardiniaq; inuasur: & ita illic omnia igni fer-
roq; vastatur: vt Hispaniē Rex: suoz clade pcul-
sus: & in diuersa distractus: ab hoc affecto & ppe-
iam cōfecto bello desistere: suisq; opem ferre: ac po-
tius de ppulsando q̄ de inferendo bello cogitare co-
gatur. Non minus autē libenter huc ad te subsidia
impator meus mitteret: nisi p tanta terraz ac ma-
ris spacia abs te diuisus: id sibi difficilimū periculo-
sissimūq; fore existimaret. Quā ob rē optime Rex
eius noīe te bono erectoq; aīo esse iubeo: hortorq;
vt interim has belli difficultates ac pericula: lōgāq;
obsidionis molestias / patiēter substineas: & q̄ diuis
potius in animū inducas: q̄ deditiōnē facere. Id est
enim Christianoz supbia ludibrio esse: & in turpē
ppetuaq; seruitutē te / tuosq; tradere. speresq; deos
& homines auxilio tibi nō defuturos: nisi p ignauī-
am / pusillanimitatemq; (quod de tātā virtutis viro
nefas est suspicari) prius tibi ipse defueris. Mune-
ra aut hęc læto aīo vultuq; suscipe: ea enim tibi de

more Baiazit mittit: vt sint foederis & amicicie ite
vos certissimū pign⁹ & monumentū. BAV. In tpe
ipso Legate carissime: cū istis mandatis te inclytus
Impator tuus: & ipa (vt reor) fata miserūt. Ita enī
erā bello fractus: tot curis fatigatus: tot malis: tot
aduersis casibus oppressus: ita spes oēs tanq̄ vanæ
ex animo exciderāt: vt iā nihil fere aliud q̄ de faci-
enda deditiōe cogitarē. Nunc quādo tam oppor-
tunū subsidiū mihi Baiazit pollice⁹: certū est omīa
experiri: extrema queq; pati: etiā si ad hūanos ci-
bos redigeremur (vt in similib⁹ / aut forte minorib⁹
casibus Hierosolomitanos obsidete Tīto: ac plerof
q; alios populos fecisse tradūt (potius q̄ deditiōne
facere. p̄sertim cū plura Impatorē tuū q̄ pollice-
atur: re ipsa p̄stitūz confidā: ea animi magnitu-
dine: ea potentia: ea postremo fide illū esse omnes
p̄dicāt: statuiq; non cōmittere: vt quādo dū ho-
mīnesq; nos adiuuāt (quod bene abs te dictum est)
nobis metipsi defuisse videamur. Gratiā autē quā
p̄ tātis erga me meritis illi referā: in hac p̄sertim
afflicta fortuna nullā habeo: sed sperare debet illū
quē pie colit cōmunē deū. qui bñfacta hoīm audit
ac videt: & p̄ meritis vniciq; iusta p̄mia tribuit.
gratiā sibi cumulatissimā relatur. Ego vero si eius
ope (quod spero) seruatus fuero: hoc imperiū: hāc
regiā dignitatē: & postremo hanc animā ipsam: q̄
spiro: illi acceptā referam: memoriāq; tantī bñficiū
colam beniuolētia sempiterna. Munera vero liben-

bbv

ter accipio: eaq; nō tantū vt amicitia ac foederis no-
stri: sed fidei: quā mihi seruaturus est: firmissimum
pignus: perpetuūq; monimentum inuiolata custo-
diā. Vos munera istac intro auferte: ac dicite archi-
triclino vt coenam mihi & his nobilibus hospitibus
regio luxu paret: volo enim nos hūc diem lætum fe-
stūq; agere: & cū omni gaudio & alacritate celebra-
re. Tu vero legate cū tuis regiam ingredi: vt dū
ego sacrificiis inter sum: ac deo nro p tantis meritis
gras ago paulisper requiescas: & postea simul me-
cum in coena recreeris. LEGAT. Ego vero acu-
bens: nam de via fessus: quiete praefertim indigeo.
Fernandus Rex: Helisabe Regina.
Petrus Mendoza Cardinalis.

Quis hoc non admiret: tanta hos perfidos
mauros praeditos esse pertinacia atq; ve-
cordia: vt cum undiq; adeo circūsepti: vt
vix quisquā nisi p incertos tramites & loca feris: ca-
pris pene inuia: ad eos penetrare possit: cum armis
nostris obsistere: famem diutius tolerare nequeāt:
tamen deditiōem (quam se dudum ostenderant
esse facturos) procrastinent: & animū nostrum iam
ad maiora tendentem: in hoc segni bello detineāt
occupatū. Nam si in aciem saepe prodirent: minus
ægre ferrem has obsidendi molestias. Sed post pri-
ma illa proelia. quibus nostrā militūq; nostræ vim
ac virtutem senserunt: semper se vallo ac mœnibus
tutati sunt: nec aperti certaminis copiam vllam fe-

cere. REG. Sapiūt mea quidē sentētia. nā stultif-
simi forēt: si virtute ac viribus inferiores cū supiore
cōtēderēt. REX. Quid igit faciem? REG. Nem-
pe vt cœpisti. Cū opus est fortitudine: aliisq; belli-
cis virtutibus: qbus polles plurimū: vt illis vtaris:
Cū opus est patiētia: ab q nō nunq̄ (quę tua est ani-
mi magnitudo atq; ferocia) videris abhorrere: eam
quoq; amplectaris. oīa enim tps habēt suū. Nunc
meo iudicio: patiētie tps est: vt videlicet postq̄ hi-
ems grauis instat: neq; manū cōserere audēt hostes
neq; line manifesto piculo ad Urbis mœnia tāta mī-
litū frequētia: tot scorpionib; balistis: tormētisq;
bellicis munita: licet exercitū admouere: tuę militū
q; salutē cōsulas / & æquo aīo has belli moras pferas
CAR. Sapiēter: more suo: Regina tibi cōsulit inui-
ctissime Rex. Nā capitū adire periculū: nisi neces-
sitas vrgeat: nō pbo. Et sane q̄to magis exupas vir-
tute: tāto æquius est reginā: atq; adeo nos oēs: qui
ex te pendem; de tua salute esse sollicitos: omnes
q; casus: q; homini accidere pnt: maturius expende-
re: & nōnunq̄ fortunā nimīū fauētē metuere. REX
Fateor ita esse vt dicitis: sed tñ strenuis ducibus ve-
tus illud verbū in ore semp esse cōsueuit: Non sine
periculo sit magnū facinus ac memorabile. REG.
At id periculū vbi de vita agatur: te adire minime
velim: Qui scis an breui: si paulisper modo quieue-
ris: veniam hostes oratū venient: seq; cū id minus
existimes: vltro dedant! REX. Nimis sero id fa-

Eturos arbitror: nisi eos omnibus modis & artibus
terruerimus: nisi eos nunquam passim fuerimus quiescere:
nisi postremo omnes nos aditus explorare: omnes
ad expugnationem Urbis vias tentare profuerint.
CARDI. Video te Rex inuadenda Urbis cupiditate
flagrare: quod magnopere laudo. Nam id magnitudi-
ni animi debet ascribi: verum a Reginae consilio:
quo te ad patientiam adhortatur: non sine magna
ratione discedendum puto. Nam si tibi iucundum est:
gloriosumque existimas: in proeliis sepe versari: consyde-
res etiam oportet: non minorem fere gloriam consecutum
esse Fabium Maximum quam Scipionem. Si quidem Hannibal
Scipio in acie vicit: eundem antea Fabius iuue-
niliter exultantem patientia sua domuit: & ut vinci
posset effecit. Ille africanus cognoscitur est. Hic im-
perii scutum: & rei Romanae restitutor a populo est vo-
catus. Imitatus es hactenus Scipionem fortiter dimi-
cando: imitare nunc paulisper Fabium sapienter cun-
ctando. **REX.** Laudo consilium vestrum: & eo
vitar suo loco & tempore. sed mihi nunc aliud suadet
occasio: quae pretermittenda non est: Nam & Scipio-
nem: quem me dixisti hactenus imitatum: & ve-
re dixisti: utinamque ut eius virtutem sequor: ita as-
sequi possem. sed Scipionem solitum dicere accepimus.
tunc esse cum hoste confligendum: cum aut
necessitas incidit: aut obuenit occasio. **REGI-
NA.** Dic obsecro mihi vir: quae est ista occasio: quam
tibi in praesentia secus quam nos consulimus: suadere

dixisti? REX. Dicam: neque enim fas est quicquam vobis esse absconsum ac reconditum. sed animu aduortite. REGINA. Istic sum. CAR. Et quid ego. REX. Explorator Didacus modo nunciauit defensores paucos esse in moenibus: eosque patientia nostra: quia proximis diebus paulisper quiescere permitti sunt: factos esse multo negligentiores solito. Idem ait se adnimauertisse in posteriore Urbis parte: locum quendam non satis munitum: muro illic vetustate collapso: sed virgultis sentibus & caprificis obtecto. eundemque locum ab hostibus negligenter custodiri: quod sit a castris nostris auersus: neque ex ea parte fuerint hactenus ab exercitu nostro vexati. REG. Quid igitur facere cogitas? REX. Si tacueris: citius audies. REG. Taceo: ac lubes: nam mulieri decus affert taciturnitas. REX. Hoc mihi sedet in animo: quando haec se praebet occasio: belli tentare fortunam: lectissimos milites: ex ea parte ubi locum dixi minus esse munitum: in insidiis collocabo: reliquum exercitum: ad hanc partem: quae castris opposita est: ad moenia admouebo. hi scilicet pugnabunt acriter: totumque in se hostium impetum oculosque conuertent. Interim fortasse dabitur occasio iis: qui in insidiis erunt: moenia defensoribus vacua capiendi: in urbemque irrumpendi. CAR. Profecto prudentissime istud consilium tibi venit in mentem: idque magnope laudo: nam prospere gerendae rei facultatem omittere: extrema demetia est: REG. Placet

hoc tibi consiliū? CAR. Quid nī? cū sit plenū prudentiæ. REG. Mihī quoq; ita videt̃. Sed si pugna re statuis mi vir. REX. Statuo quidē. REG. Obsecro ne ad moenia propius accedas: vnde te balistę aut tormenta impetere possint: nimis enim misere ea timeo. REX. Ne timueris: deus enim cuius causam agimus: nos tuebit̃: pugnabitq; nobiscum. Tu modo (vt solita es) ad ipsū: ac diū Iacobū: quē tam pie colis: preces fundito. cōfido enim pro ea religione ac pietate: quę in te summa sunt: tuis precibus victoriā nobis posse impetrari: quęadmodum (vt sacra narrat hīstoria) populus Israelita Moysē orāte vincebat. REG. Vtinā quidē digna sim quę audiar: nā pię preces nō deerūt: sed spero poti⁹ deum (quī tuam sibi deditā mentem intuetur) qua nō ad tuam: sed ad eius laudem & gloriā omēs actiōnes/conatus/cogitatiōesq; tuas dirigis: virtutē tuā adiuturum. REX. Ita p̃ sua immensa bonitate: nō p̃ nostris meritis (quę per exigua sunt) faxit. Heus tubicen admoneto omēs duces: centuriōes & milites nostros: ad pugnā ineundā se parent: vt cū tempus preliandi mihi visum fuerit: nulla sit mora: qn̄ eos instructos in aciem educere valeā. Eamus iam hinc in castra: vt ego quoq; arma induam: & milites adhorter. REG. I prę. nos te sequemur.

N Hametes explorator. Mansit custos.
At ego infelix homo sum: qui nihil vnq̄ nisi molesta ac tristia regi meo nunciem.

MAN. Iussit me Rex hic in porta: quæ ad hostes
spectat: dū sacris interesset / ac cœnaret: assidere: &
qui intrarēt quiq; exirent: diligēter obseruare: ac si
qd ex hostiū castris noui afferret: renūciare. HA.
Sed mihi ad Regē pperato opus est. MAN. Quis
est qui tā huc festinat: & secū nescio quid fabulā?
HAM. Vt q̄ primū Regem conueniam: & huius
qcquid est p̄cipem faciam. MAN. Ibo obuiā ho
mini: vt sciam qd afferat: nā nisi me oculi frustran
tur: explorator est Hametes. HAM. Nisi enim is
statim: quoad potest: rebus suis ac nostris cōsulue
rit: aut poti⁹ deus quispiā nos respexerit: Actū est
illicet. perimus. MAN. O Hamete. HAM. Quis
me vult? MAN. Mansir amicus tuus. HA. Quid
est quod me velis? MAN. Quid apportes scire ve
lim. HA. Regius sum explorator: nō tu⁹: MAN.
Verū: sed tñ licet ne mihi hoc saltē scire: læta ne: an
tristia apportes? HA. Istuc tibi vultus & color me
us: me tacente: indicare possunt. MAN. Tristia er
go sunt: nam & ora pallor occupat: & tristis ac per
turbatus videris. HAM. Bene ariolaris.

Baudelis Rex. Hametes explorator.

Rouiso qd rerū geratur: an nostri in offi
cio sint: & itē an hostes noui qcq; (vt asse
lēt) molianē. HA. Regē oportūe video.
adibo pperere. BAV. O Hamete. HA. Salue Rex
BAVD. Quid affers? HAM. Heu me miserum.
non læta. BAVD. Hem. Istuc haud mirum est

quippe qui per hosce annos aliquot nunquam nisi ta-
lia nuntiaueris mihi. HAM. vt res sunt: ita nunciū
esse oportet. BAV. Eloquere vno verbo quid id
siet: Nā quandoq; magis cruciant expectata mala
q̄ præsentiā. HAM. Regem Hispaniæ ex transfu-
gis comperi: decreuisse exercitum omnem: cūctas-
q; belli machinas mœnibus admouere: & fortunā:
quæ hactenus ei semper arrisit: experiri suā. BAV.
Ve misero mihi. Nonne hoc monstri simile est: me
non potuisse vel diem vnum integrum lætum age-
re? Paulum gauisus eram aduentu Legati Impera-
toris Thurcarū: en statim hic nunciū perturbauit
omnia. Verum illud profecto verbum est: quod a
sapiētibus dici audio: Rīsus dolore miscetur: & ex-
trema gaudiū luctus occupat. Sed quem horsum fe-
stinantem video? Audalla cursor noster est. Aliqd
credo apportabit eiusmodi. Præstulabor eum hic
paulisper: nā iam hic aderit: ita in cursu velox est.
Interim cogitabo quæ mihi factō opus sunt: vt ho-
stium impetus: si urbem oppugnatū uenerint: pro-
pulssem. Nam quando tanta nobis subsidia pmittuntur:
non decet me fracto & consternato animo
esse: & cōmittere/ vt prius p̄ ignauitā aut metū: ho-
sti succubamus: q̄ a Thurcarū Impatore succurrat.

Audalla cursor. Baudelis Rex

Ubi ego nunc regem quæram? qua potissimum
insistam via? BAV. Quam cito Au-
dalla curriculum euasit: num me hominis

celeritas fefellit! AVD. Regem opportune video.
Rex æternum viue. BAV. Quid est! AV. Recte.
BAV. Quid recte! AVD. Audies: Offendí mo-
do Tabellariū Numidiæ regis: qui deceptis hosti-
um excubiis magno cum periculo se euasisse narra-
bat: aiebatq; cum regis sui litteris ac mandatis q̄ læ-
tissimis ad te properare. quo audito ego præcur-
ri: vt te q̄primū hoc afficerē gaudio. BAV. Vtinā
tibi vera narrarit: Sæpe enim Tabellarii (vt vulgo
dici solet) in ore mendacium: in tabellis veritatem
ferunt. Sed quicq; d sit: eum ad me intro deduci cu-
rato: Nam militibus edicere volo: vt arma capiāt:
paratiq; sint: vt si hostis ad mœnia propius accesserit:
& impetere & propulsare possint.

Audulla cursor. Tabellarius Numidiæ
Regis. Puer.

Hospes q̄ cito me consecutus es: nō videris
sane lassus de via. TABEL. Assuetus sum
huic labori. Nam a puero Africam Euro-
pamq; perferendis huc & illuc tabellis peragraui.
AVD. Vere dictum est: Magni referre hoc vel illo
modo ab ip̄a adolescentia institutum esse: Sed rex
iam te expectat: ei enim aduentum tuum nunciaui.
TABEL. Vbi is est! AVD. Intus. TABEL. Fac
me ergo ad eum deduci. AVD. Ea imprimis gra-
tia hic restiti: I puer & erecta hunc in Regiam duci
to. Ibi Rex est: nam ego hic amicum paulisper vo-
lo opperiri meum: mox ego quoq; istuc cōcessero.

PVER. Præsto sum . tu me sequere. TAB. Prope-
ra. sequor. AVD. Quam gaudeo me primū Regi
aduentum huius Tabellarii nunciāsse: nam si vera
mihi narrauit: aliquam apud Regem inibo gratiā:
q̄ primus ei id gaudium obiecerim: & simul aliquo
forſan munere (vt in talibus ſolet eſſe liberalis) me
afficiet. Sed hīc meus amicus ceſſat diu: ſi ad cōſti-
tutum venire volebat: iam dudum eum hīc adeſ-
ſe oportuerat. Nam quæ eſt hæc hominum impu-
dentia! Non ſatis habent amicorum vtī opera: niſi
etiā eos longē expectationis mora defatigent. Sed
Rex foras exit: lætus eſt: q̄ tum video: verus fui nū-
cius. Ego vero ad meum munus abeo. ne Rex me
hīc videat ocioſum. nam compellandī eum non ſa-
tis idoneum tempus videtur.

Baudelis Rex.

GRatias tibi ago ſumme Iuppiter: q̄ me ex
alto miſeratus: tãdem tot miſeriis grūniſ-
q̄ noſtris diuinam aliquam opem præſti-
turum te ſignificasti. Tu enim (tu inquã) paulo an-
te Thurcæ Imperatori eam mentem indidiſti: vt
in ſulas hoſtis noſtrū ditioni ſubiectas: pponeret in-
uadere. Tu idem nunc Numidiæ regis oculos hæ-
ctenus calligantes aperuiſti: vt aliquando intelli-
get: nō poſſe hoc Regnum cadere: quin ſecum ma-
gnam Africæ partē trahat: pariq̄ ruina inuoluat.
Tu itaq̄ hoc ei in animum induxiſti: vt quod p lit-
teras ſuas: quas modo hīc Tabellarius reddidit:

mihī ostendit: in auxiliū nostrū: cū omnibus regni
sui viribus: terra mariq; descēdere p̄ximo Vere de
creuerit. Quare pater omnipotēs ne tāto tuo fauo
ri deessem: Almanforē Præfectū cū omni equita
tu: & meliore copiaz p̄te iussī posteriore vrbis por
ta exire: exercitūq; hostiū nihīl min⁹ opinantē a
tergo inuadere. Spero enī te duce: illū facile casū
victoriæ inuētūq; aut saltē eatenus p̄fectūq;. vt ho
stis sibi quoq; cauēdū esse cognoscat: libētiusq; nos
quiescere patiat: interim p̄missa subsidia hic ade
rūt: & nō solū ppulsare bellū: sed etiā inferre pote
rimus. Nūc huc prodii: vt p̄sto essem: si illis auxi
lio opus foret: nā reliq; oīs copiaz pars in armis est
signū a nobis expectās: aut si hostis exercitum ad
muros admoueret: vt ad resistendū parati essem⁹.
Sed quid est hoc q; Regina ita examinata ad nos
egreditur? Non temere est. prodibo illi obuiam: vt
q̄primū quicquid id est: sciam.

Regina Granatæ. Baudelis Rex: An
thypho somniorum coniector.

Miserā me: q̄ timeo quorsum euadant hęc
visa somniorum? Sed eccum Regem vi
deo. Salue vir. Salue nostra spes. BAV.
Et tu quoq; salua sis mea vxor. vnde tibi ista trepi
datio? REG. Non ab re est. quia videlicet sum de
tua / exercitusq; salute sollicita. BAVDE. Istuc
pudicæ: & virum suum amantis matronæ est. Sed
qd noui est: q; nūc magis solito sis de nobis anxia?

cc ij

REG. Dicam tibi: Nam huc ea gratia ad te pro-
dii. BAVDE. Dic quaeso quid est? REG. Accoe-
pi te mandasse Almonfori copiarum Praefe-
cto ut hostes adoriretur: id nollem factum. BAV.
Cur nolles? REG. Quia praeter id quod displicet:
te tuam populique salutem in tam manifestum discri-
men coniecisse: somnium: quod proxima nocte vi-
di: maiorem in modum me terret. BAVD. An tu
somnia credendum esse existimas? REG. Quid
ni? cum & ipsa in utranque partem multa somnia ve-
ra experta sim: & a sapientibus viris acceperim: so-
lere deos pro somnium futura nonnunquam mortalibus si-
gnificare. an non in tuorum sapientium numero & somni-
orum coniectores habes? BAV. Habeo quidem. sed
raro eorum opera utrorumque: quam ipsi saepe mihi persua-
dere conantur: ne somnium & monitus negligam: enu-
merantes Almicaris: Hannibalis: matris Phalaris:
Sophoclis: Socratis: & aliorum plurimorum tam
philosophorum quam ducum somnia: quae non magis som-
nia quam oracula certissima fuisse contendunt. REGI.
Cum igitur somniorum veritatem tot exemplis con-
firmant: & pluribus rationibus asserere: ut credo:
possint: cur fidem illis abuegas? BAV. Non abne-
go omnino: sed non facile adducor: ut illis credam.
Sed cedo istuc tuum somnium. REG. Visa est secun-
dum quietem videre ingenti suborta tempestate ful-
men e caelo magno cum fragore lapsum: templum: quod
Mefchit dicimus: magno motu concutere: Mahu-

metis & aliorum prophetarum nostrorum monumenta
ad terram dare. Indeque statim in Africam transgres-
sum: magnam eius provinciam partem depopularier.
Quo somnio exterrita: e sopore confestim corpus pro-
ripui: fuitque in animo id tibi extemplo nunciare: ob-
testarique: ne quid magnae rei hodie aggredereris: Ne-
scio quid enim animus mihi praesagibat mali: nisi verita-
essem: ne me nimiam (ut ais) fidem somniis adhiben-
tem tuo more deluderet. Nunc cum accepissem te
misisse Praefectum cum exercitu: qui cum hoste con-
fugeret: diutius mihi reticendum non putavi. BAV
Prudenter fecisti: nam & si ego non soleo magnope-
re huiusmodi rebus moveri: tamen nihil omittere:
quod usui aliquando esse: & ad capiendum consilium
pertinere possit: prudentis esse existimo: praesertim
cum somnium istud tuum tale sit: ut videatur negli-
gi non debere. Aduocemus igitur Antyphonem: qui
nobis hoc somnium coniectet: Nam is praeter cete-
ros in hoc genere pollere existimatur. ANTY. Ec-
cum me. quid Rex iubet? BAVDE. Tun hiceras?
ANTY. Eram quidem. BAVD. Quid igitur hacte-
nus reticisti? ANTY. Quia non decet seruum: domi-
ni se colloquio impudenter ingerere: & simul quia
Reginae somnium me magnope perturbavit. BAV.
An tu id audisti? ANT. Quid nisi: qui inter hos co-
mites tuos vna semper affuerim. BAV. Quid sentis:
aut quae te res adeo: ut ais: perturbavit? ANT. Non
vna sed plurima. Ceterum: velim Rex ut alios quoque

coniectores: ac Mathematicos tuos conuoces: qui
mecum vna hoc somniū interpretentur. Nam plu-
rimorum iudiciū certius est. & dici solet: illic esse
salutem: ubi fuerint multa consilia. BAV. Nihil
opus est aliis. Nam plus vni tibi in hac arte tribuo:
quā reliquis omnibus. Edissere igitur mihi vno verbo:
si potes: quid sibi velit hoc somnium. ANTY. Di-
cam/ licet inuitus. BAVDE. Eloquere subito.
Nam me istac tua plus torquet mora. ANT. Fi-
nem Regni tui iam affore: hoc somnio significat.
BAVD. Hem. Vnde coniecturam facis? ANT.
Dicam. Tempestat: quā se vidisse in somnis Regia-
na cōmemorat: bellum est: quo Regnum tuū: tan-
quā agrī: tempestate vastatum est. Fulmē: Hispaniæ
Rex est: qui nimirū a cœlo missus dici potest: Nā
vt vides: illi cœlum & sydera omnia fauēt. Cōcussi-
one templi & monimētōꝝ in terrā casu: portēdi au-
tumo: hanc urbem breui in hostiū potestātē ven-
turam: & in ea nō amplius Mahumetis legem: sed
Christi seruatam iri. Postremo transgressio eiusdē
fulminis in Africam. & illa depopulatio: manifesto
significant: hac vrbe capta: bellum in Africam tra-
iecturū: Hispaniæq; Regē: ea puincia impetu bel-
li perculsa atq; pstrata: maiore ex parte potiturū.
BAVDELIS. Heu me miserū. quā metuo: ne eue-
niant ista quæ vaticinaris. Ita enim apte somnium
illud interpretatus es: vt non somnium: sed oracu-
lum aut historiā mihi viderer audire. Quid igitur fa-

ciam Antypho? **ANTYPHO.** Quid facias: nisi
vt iram dei: qui tibi nunc infensus est: si possis: pla-
care studeas: ac tibi Regnoꝝ tuo: dum licet: consu-
las. **BAVDELIS.** Recte mones. Sed placandoz
deorum munus ad te potissimū ptinet mea vxor:
quę cum religione ac pietate præstes: facilius nobis
numina irata recõciliare poteris. **REGINA.** Ni-
hil faciã libentius: nõ q̄ pietate superiorem me exi-
stimem: sed vt quemadmodum meo somnio mala
fata tibi cognita sunt: ita meis precibus: si fieri pos-
sit: eadem auertantur. **BAVDELIS.** Ita deus
faxit. abi supplicatum. **REGINA.** Abeo: vos
me sequimini.

Baudelis Rex. Antypho. Messii cursor.

Nunc vna spes est in exercitu nostro: qui si
bene rem gesserit: nõ erit tam cito fortassis
omnino desperadū. Si male: actū est illi-
cet. Ita ne censes Antypho? **AN.** Quid sentire iã ti-
bi explicui. Ita pfecto eo somnio dei volūtate mi-
hi perspicere visus sum: vt vix fieri posse putē: am-
plius vt leti quicq̄ aut p̄speri nuntiet. **BAV.** Tace.
Iã sciemus: nū quæ in exercitu spes reliq̄ fiet. Messii
cursorē ex nr̄is: qui cū P̄fecto exierat: huc p̄perā-
tem video. p̄stolari volo: vt primus scia: qd boni
aut mali afferat. Veh misero mihi: vt animus inter
spem & metū dubi⁹ trepidat. Estina Messii. vt mi-
hi nūc piger videat. **ANT.** Nō mirū. Nam cupidō
animo celeritas ip̄a tarda est. Sed qd p̄peras scire:

cc iiij

quæ fortasse post velles nescisse. BAVDE. Quoniam hoc more humani ingenii euenit: vt nimis miseri mortales miserias suas non properent. Messî. Satin salue? MES. Vtinam. BAVDE. Quid mali est? dic statim mihi. MES. Exercitus. BAV. Quid exercitus? MES? Tuus. BAVD. Iam teneo. fufus est? MES. Immo ad internitionem cæsus. BAVD. Heu me miserum. Perii. Interii. Nullus sum. ANTYPHO. Ne te crucia obsecro Rex. BAV. Occidit / occidit spes omnis: & fortuna nostri nominis. exercitu amisso. ANT. Quin satius est: vt dum tempus est: prius quam hostis vsus victoria. moenia inuadat. seniores & proceres tuos in conciliu huc euocari iubeas: ac de eorum consilio: tibi regnoque tuo: quo ad fieri possit consulas. BAVD. Bene mones: prefertim cum ego pre dolore vix sim apud me. Tute met igitur cura: vt Serraia cum reliquis: quos solitus sum in rebus grauioribus consulere: subito huc adsint. ANTYPHO. Curabitur. BAV. At celeriter. ANTY. Iam faxo hic aderunt.

Baudelis Rex. Messî cursor.

INterim volo ex cursore rem certius cognoscere. Dic mihi Messî: si exercitus noster funditus deletus est: quonam modo tu incolumis euasisti? MES. Dicam tibi. prelium in conualle istac / sinistrorsum commissum est: me Præfectus in ædico ac tuto monte: vnde spectari possent omnia locarat: quo tibi victoriae / aut fugæ nuncius essem.

cuncta itaq; vidi: & ad te propere cucurri. BAV.
Cedo. Ipse præfectus quid? MESSI. Occidit vna
cum ceteris. Strenuissimus enim quisq; in pugna ce
cidit: pauci admodum viui: licet grauiter faucii: in
potestatem hostiũ redacti. BAVDELIS. Quid:
Rex ipse prælio interfuit? MESSI. Non interfuit
solum: sed præfuit: vidi ego illum nostrorum san
guine madentem. per totum agmen manibus/ocu
lis/clamore volitare: & strenui militis: & optimi si
mul Imperatoris officia exequi. BAVD. Male est
mihí. reuertere ad tuam speculam: vt obserues: qd
hostes parta victoria molianẽ. MESSI. Fiat.

Baudelis Rex.

O Fortuna: quæ soles esse tam inconstans &
varia: vt in meam meorũq; cladem ac per
nitiam cõstans & certa es? Decimus agitur
annus: ex quo nullum fere diem lætum exegi. Om
nia semper aduersa fuere. Raro quidq; nisi turbulen
tum: triste: ac molestum aut audiui: aut vidi. Res
dura: spes multo fuit asperior. hodie paululũ gauis
sus eram aduẽtu legatorum. heu misero mihí: quã
cito ad luctum & lachrymas ea gaudia reciderunt.
Sed eccum Antyphonem: cum Serraia & reliquis
senioribus adesse video.

Antypho. Serraia. Baudelis Rex. Hali

E Consultor.
Ta ne censetis? SERRAIA. Profus ita.
Nam nulla alia salutis via ostendit. BAV

DELIS. Heus Antypho. Diligens fuisti in mada-
tis nostris obeundis. ANTYPHO. Meo functus
sum officio. Sed non fuit opus me in his couocan-
dis magnopere laborare. Nam audita clade exer-
citus: qua incertis rumoribus nescio quo modo ac-
ceperant: sponte couenerat omnes. Iamque huc ad
te ibant: te ut orarent: tandem aliquando tu com-
municque omniu saluti prospiceres. BAV. Audierunt
ne qua gesta sunt omnia? ANT. Plura quam uellent.
BAV. Vidistis ne unquam hominem infeliciorem: quam ego
sum? SER. Me: atque adeo hos omnes collegas me-
os. quippe qui tuam ac nostram vicem doleamus.
BAV. Non ita est. Nam quo meus status est sub-
limior: eo casus est altior: & ruina grauior. SER.
Verum est. sed tu stare potes nobis cadentibus: nos
te cadente: salui esse non possumus. BAV. Missa
haec faciamus: quid tandem in tanta aduersitate for-
tunae mihi consulitis? SER. Dicant ipsi: quibus
cum ut iussisti communicauimus omnia. Nam quid ego
sentirem: in initio cum nondum esset subsecuta cla-
des exercitus: tibi explicui. BAV. Dic Hali quid
tibi uidetur? HALI. Me ne? BAV. Te ergo. quem
ut aetate: ita prudentia ceteros ante ire par est. HA-
LI. De prudentia alii iudicent: studium certe & fi-
dem erga te meam: summamque in consulendo liber-
tatem: tute nosti. BAVDELIS. Nihil deest tibi
quod ad fidum amicum: & summum virum perti-
neat. Sed dic quid consilii mihi capiundum sit. HA

LI. Quando ita iubes: dicam id quod mecum vna
omnes isti sentiunt. Nam iam dudum inter nos hanc
rem tractamus: & super ea disceptamus. BAV. Hem
istuc volo: & si potes: vno verbo expedi. HA. Iam
Omnes quae primam deditioem tibi faciendam esse cen-
semus. BAV. Hem. HALI: Quid dubitas? cum id
non modo necessarium: verum etiam utile sit. BAV
DE. Quo modo? HALI. Primum vides amisso
exercitu & omni flore iuuentutis: nullam tibi ampli-
us in armis spem fore: metuendumque esse ne hostis: tanta
victoria elatus: moenia inuadat. Quod si fit: pe-
rimus omnes illicet. Vi enim vrbe expugnata (quod
tantae potentiae ac virtutis viro erit facile) aut mor-
tem crudeliter oppetemus: aut in praedam miseran-
damque seruitutem: vna cum coniugibus & liberis tra-
hemur. Deinde: ut hostis quiescat: quod (mihi cre-
de) haud faciet: non intelligis hunc populum: tan-
ta senum, puerorum, ac mulierum turba supersti-
te: cum iam omnium nos alimentorum genera de-
fecerint: famem diutius tolerare non posse? Nam
in externis auxiliis spem ponere: ea vero summa
foret dementia. Ut enim omittam: quae iam pri-
dem frustra expectamus: illud dico: si vniuersa Asia
& Africa in auxilium nostrum confurgeret: vix
fieri posse: ut hanc urbem ex faucibus imminentis
hostis: iam iamque absorbentis eriperet. BAV.
Quae nos vis belli urgeat: & famis necessitas: fat-
scio. Sed ego mortem seruituti anteponeam puto.

Nam quid est aliud se dedere : quā in seruitutem se
hosti addicere. **HALI.** Non ita est Rex. Magni
enim referre arbitror cui te dedas. Primū Fernan-
do & Hellisabe Hispaniarum principibus subesse :
non seruitus sed libertas appellāda est. Sunt enim
(vt nostri quoque fatētur / & cōstans fama prędicat)
tantę humanitatis : mansuetudinīs : atque clemētię :
tantum in summa potestate rerum omnium modū
tenent : adeo denique sunt omnibus animi & corpo-
ris dotibus ornati : vt beatius pene videantur : illis ser-
uire : quā aliis imperare. Deinde si te sponte dedideris :
non vt seruum : sed vt clientem : & amicum in su-
am fidem : qua sunt benignitate (mihī crede) reci-
pient. Rondēses : Loscani : & plerique alii : qui se spō-
te dedidere : quibus nihil pene ademptum est prę-
ter iniurię licentiā : quique pari quodammodo iure
cum Hispanis viuūt : Regię humanitatis & clemē-
tię locupletissimi testes sunt. At Malacenses (vt ali-
os sileam) qui obstinatis animis belli impetum ex-
periri voluerunt : patria capta & direpta : in catenis
per omnē Europam tracti : suo ludibrio omnes gen-
tes impleuerunt. Postremo si tibi soli consiliū cape-
res : forsan tuam istam animi magnitudinem nō im-
probarem : qua dicere soles : præstare : virorum mo-
re pugnātes occūbere : quā vlli hominū subesse . Nūc
cū simul etiā deliberandū tibi sit : de cōiugibus & li-
beris : atque omni populo ditōi tuę subdito : si tibi mi-
nus parcis : at illis pccas : & tua p̄tinacia nō cōmittas

vt ea illis eueniant: quæ vrbe capta victis accidere
solent: quæ quidem talia sunt: vt ea fugiat ac refor-
midet oratio. Quare cum necessitas te: vt fateris:
vrgeat: vtile sit: & nō indecorū tam modestis: tam
mitibus: tam omni virtutum genere præstantibus
Principibus colla submittere: nihil cūctandū: quin
statim deditiōnem facias: censeo. BAV. Ita vobis
videtur. HALI. Non solum videtur: sed id vt fa-
cias: etiam atq; etiā obsecramus. BAV. Fiat. Nā
malo vobiscum errare: q̄ mea prudentia fretus: re-
cte sentire. Eamus igitur intro: vt oratores eligam:
& ea: que ad deditiōnē faciendā p̄tinent: parem.

Gutterius præceptor maior equitū Iacoben-
sium. Fernandus Rex. Petrus Cardinalis.

St vt dixit Rex. Non enim satis est bono
Imperatori vincere: nisi etiam victoria vti
sciat. REX. Et propterea quādo hæc victo-
ria nobis coelitus data est: decreui: vt soleo: succes-
sus meos vrgerē: numinūq; fauori instare. Atq; ea
gratia huc prodii: vt hinc p̄cul considerarē: in quā
potissimum muroꝝ partem machinas dirigā. qua
vineæ agendæ: vbi scalæ admouēdæ sint: vbi equi-
tatus: vbi peditatus disponendū: vbi insidiæ collo-
candæ. GVT. Sed quis vnq̄ putasset Mauros istos
ausuros esse exercitum tuum vltro laceffere: cū plu-
res iam menses præ timore portas vrbis egredi for-
midarint? REX. At suæ stulticiæ ac temeritatis de-
bitas pœnas dederunt. Verum hoc nihil est. Cras

faxo vt nostram ac militū vim melius sentiant. Cer-
 tum est enim urbem cras primo mane: omnibus vi-
 ribus totaq; belli mole adoriri: indeq; nō / nisi ea ex-
 pugnata & solo æquata / discedere. GVT. Facile
 id fuerit: si tua virtute ac militum robore vtī volue-
 ris. REX. Ita spero. Sed ego hactenus hanc expu-
 gnationem distuli: q̄ ostendebāt hostes: quotidie
 fere deditiōne sese facturos. Ego aut militū salutē:
 (quos filioꝝ loco diligo) p̄spiciens: libentius lōge
 obsidiōnis tēdia sufferebam: q̄ eos in discrimen ad-
 ducerem. CAR. Rex viden tu illos vrbe exeuntes?
 REX. Video nūc: postq̄ oculos in eos cōieci. Sed
 quos nam eos fore putemus. aut quid ferre deniq;?
 CARDI. Nescio. nisi q̄ inermes horsum veniūt:
 & si satis cerno: oliuæ ramum paciferę: manibus ge-
 stant. REX. Demiror hoc quid sit: nisi forte sint
 Oratores: qui veniant vt se dedant / veniam pacē =
 q̄ postulēt. CARDINA. Bene sibi: si id fecerint:
 consulent. REX. Nescio quid inter se colloquun-
 tur: aucupemur eorū sermionem: & eo pacto: quid
 veniant: sciemus. CARDINALIS Istuc opti-
 mum est.

Orator Baudelis Regis. Cardinalis.
 Fernandus Rex. Gutterius.

Rosecto quāto magis magisq; cogito: tan-
 to magis hanc deditiōnem laudo. CAR =

DI. Audin tu illū? Nescio quid de deditiōe, lo-
quitur. REX. Audio. ORATOR. Nam hac po-
tissimū via: salutem nobis / cōiugibus / liberisq; no-
stris parabim⁹: & urbem direptiōe excidiōq; quod
imminebat liberabimus. CARDINALIS. Non
dubium est: quantum audio: quā istī deditiōem
facturi veniant. REX. Ipsī viderint. Nam ego
vtrum malim: nescio. si enim se sponte dediderint:
militum salutē (quos in discrimen adducere nō erit
neesse) prospexero. Sin obstinato animo obsidiū
tolerare voluerint: virtutis exercendę / & adīpiscen-
dę glorię latīorem campum prębuerint. siquidem
magis virt⁹ enitescet: & cumulatiō erit nostra glo-
ria: vī & armis expugnata Granata: quod breuī cō-
sequemur: q̄ spontanea hostiū deditiōe recepta.
ORATOR. Opportune Rex adest: & non prę-
uideram. Procidamusei ad pedes. Salue Rex inui-
ctissime: & omniū quos terra substat: gloria &
honore dignissime. Cum te non lateat q̄ graue du-
rumq; videri debeat homini cū Regia dignitate na-
to: & ab ipsis pene incunabilis: pluribus populis gē-
tibusq; imperare assueto: alienę se ditiōi sponte
subicere: existimare merito potes: non sine sūma
vrgētīq; ratiōe Baudelim Regē hactenus nrm: de
ditiōis faciēdę (cui⁹ grā nūc ad te Magnanīme Rex
venimus) cōsiliū cōepisse. Licet enī fames / ferrū / ac
postremo rez oīm difficultas ad hoc illū impellere
videantur: tamen (mihī crede) plus apud eū / nosq;

omnes opinio & quodāmodo certa spes tuæ boni-
tatis: fidei: atq; clemētię valuit. Nisi enim ipse om-
nisq; populus eius ditioni subiectus te his: quas mo-
do nominaui: reliquisq; tuis singularibus virtutib;
erga se vsurum confideret: quiduis potius perpeti:
q̄ tibi se tradere cogitasset. Nō deerat profecto no-
bis animus: si vis ferri vrgeret: mortem fortiter pu-
gnando oppetere: aut fame ingrauescente: eā quo-
quo modo tolerare patiēter: donec aut amici pro-
missa subsidia mitterent: aut deus fortasse quispiā
nos respiceret. Verum hæc (quam dixi) opinio: &
spes de tua summa bonitate psuasit: vt viuere etiā
nunc Baudeli ac nobis omnibus libeat: neq; pude-
at tibi tam indycto Regi: tam benigno misericordi-
q; victori ceruices summittere. Itaq; Baudelis no-
mine: ipsum: omnem populum: urbem: agros: di-
uina humanaq; omnia in ditionem arbitratūq; tuū
tradimus. Nunc tuum fuerit: ne illum nosq; simul
hæc spes frustretur: providere. Quod vt facias etiā
atq; etiā suppliciter oramus & obsecramus. **REX.**
Prudenter factum est ab rege vestro ac vobis. q̄ no-
stram benignitatem q̄ vim & arma experiri malui-
stis: quodq; nullum vobis esse ad salutem tutiorem
portum intellexistis: q̄ ad nostram fidem clemen-
tiamq; confugere. Quod ne frustra feceritis: sedulo
a nobis (bono animo estote) curabitur. **ORAT.**
Ita speramus optume Rex. **REX.** Ceterum quo
certior sim huic deditiōi nullum subesse dolum: iu-

beat statim Rex nobilium liberos obsides dari mihi: arma omnia huc transferri: captiuos ex Christianis: quotquot in vrbe sunt (quorum salus ac libertas mihi praecipue cordi sunt) ad me deduci. ORATOR. Et haec & alia quaecumque iusseris: faciet: ac lubens Baudelis seruus tuus: ne dubitaueris. REX. Ite ergo & haec curate. ORATOR. Factum putata. REX. Tu Gutteri: cum lecta peditum manu paratus sis: ut cum obsides dederint: & huc arma detulerint: urbem recipias: portas / arcem / munitaque omnia urbis loca validissimo presidio firmes. Id ubi feceris: ex summa arcis turre solita nostra signa extollito. Tibi enim tanquam praecatori maiori equitum Iacobensium: merito debetur hic honor & labor. GVTTE. Nihil vnquam in omni vita fecilibetius: quam hoc facturum sum: etiam si vitae periculum: (quod nullum imminet) mihi esset adendum. Nam quid mihi potest euenire gloriosius: quam me primum post tot saecula: in arce Granatae: dei nostri & tua victricia signa collocasse? Vos commilitones mei: eia arma sumite: & mecum ad urbis portas propius accedite: nolo enim ut vlla sit mora: quin statim: cum tempus fuerit: vrbe potiamur. CARDI. Quantae tibi Rex laudi: & quam immortalis gloriae hoc fore putandum est: cuius consilio / ductu / ac virtute singulari: hoc tam diuturnum: tam crudele: tam intestinum: ac visceribus ipsis Christi fidelium inherens: occceptum: administratum: & confectum est bellum.

dd

Cum tantum Gutterius noster (& merito quidē) iam nunc gloriatur: se primū Granatæ portas & arcem: tuo nomine victorem intraturū. REX. Quin potius deo nostro: a quo emanāt bona cuncta: gratias agamus. CAR. Ut pium & catholicū principem decet loqueris: & vere. Deus enim tibi eā mentem indidit: vt solus eam maculā delere velles: quæ iam infederat: ac p̄ tot sæcula inueterauerat in populi Christiani nomine. q̄ Mahumetis sectatores: qui Asiam iamdudum nobis / Africāq; eripuerāt: nō modo suis latissimis terminis cōtenti nō essent: sed in Europa / peculiari nostra / debaccharent. Idē in suscepto: cōtra perfidos istos Mauros bello: istā constantiam & paciētiā contulit: vt nullo labore: nulla inedia: nullis vigiliis: nullis deniq; incommodis molestiisq; frangereris. Idem in tot maris ac terræ periculis incolumem te custodiuit: & postremo ad hunc seruauit diem: vt quod maiores nostri semper optarūt: sperauerunt nunquā: Granatam cum vniuerso eius Regno: videas tuis armis: tuo cōsilio: ac singulari virtute subactam: domitā: ac pacatam: in tuam ac Christianorum potestatem deuenisse. REX. Est ita vt dicis. Ego hæc & si qualia sunt in me: quæ digna sint laude: vni deo accepta refero. Sed ecce arma exportant: obsidesq; ad nos adducunt. dubitari nō potest: quin sint ingenui & nobiliū liberi: ita sunt facie liberali. Heu comites mei: illos suscipite: & curate vtp̄ uestra di-

tributi tentoria diligenter custodiantur: & simul
arma in templum referant. Hem. optime est. Gut
terius noster perbenigne in urbem recipitur. CAR
DINA. At ego istuc non aduerteram. O factū be
ne. verum aliud sperandum non fuit. REX. Sed
optimum factū est: me huc euocare exercitum ad
me. I tubicen. & Prefectos: Tribunos: Cēturiōes:
reliquo sꝑ ductores exercitꝰ. meis verbis moneto:
vt cum omnibus copiis: tanquā si cum hoste dimi
candum esset instructis: q̄ primū huc adsint. CAR
DINA. Prudentissimi (vt soles) Imperatoris of
ficio fungeris: dū ita te comparas: ita ad omnes ca
sus: tam prosperos: q̄ aduersos instructus: & mul
to ante paratus es: vt nihil quicq̄ accidere possit:
quo dicēdū tibi sit. nō putarā. Nam si hostes in fi
de māserint: tuto & honorifice cum omni equitatu
& peditatu urbē ēgredieris. Sin q̄s dolus aut fraus
subsit (quod vix credibile est in tanta ipsorum cla
de ac rerum omniū desperatione) paratus eris: qui
eorum perfidiam vliscaris. REX. Dicis id quod
res habet. Sed videon ego / an non. Crucis signū in
summa arce eleuatum: & sane nisi me oculi fallunt:
ipsum est. CARDINA. Recte vides: illud ipsum
est. Iam igiṛ Arx cum vrbe tota / libere in manu est
tua. REX. Adoremus eam. CARD. Iustum est.
REX. Et pro tantis erga nos meritis deo gratias
agamus. CARDINA. Aequissimum. Sed cū in
tātis rebus nullæ voces sufficiant: efficacius corde:

d d ij

cuius scrutator est deus: satisfieri poterit. REX.
Ita est. CAR. Eccum autem post crucem: diui Iacobi vexillum: ac deinde tuum elatum est. REX.
Bene istuc. Nam Diuus Iacobus Dux & aduocatus noster est: & illi cum beata uirgine post deum uictoriam hanc referre debemus acceptam. CAR.
Sed praconem e summa arce silentium sibi tubae cantu poscentem: uisus sum audire. REX. Et quidem ego. CARDI. Attendamus quae so quidnam dicturus sit. REX. Placet.

Præco.

Uuant uiuant æterna laude atq; gloria Fernandus & Hellisabe Rex & Regina Hispaniarum Illustres: quorum opera: ductu: foelicibusq; auspiciis: summo labore: incredibili uirtute: diuino consilio: potētissima hæc vrbs Granata: cum omnibus prouinciis: ciuitatibus: castellis & opidis: eius Imperio subiectis: Deo duce: Regina coeli Maria: diuoq; Iacobo Hispaniae patrono: suffragantibus: Beatissimo patre nostro Innocentio octauo. Pontifi. Maximo liberalissime opitulante. Ad hoc praesulibus: Principibus: Ciuitatibusq; Castellae: pro se quibusq; sedulo elaborantibus: ex impia & tenebrica cosa Mahumetana seruitute eruta: in veri dei lumen translata est & Regnum.

Cardinalis, Fernandus Rex.

Sane praemio dignus est praeco: qui tam egregie suo functus est munere: licet plurima quae

EX.
i la-
EX.
oca-
i vi-
AR.
can-
idem
um die
a Fer
ipa-
fca-
rtu-
a: cū
idis:
Ma:
gant
auo.
hoc
æ: p
ebri
ei lu-
ā ege
na ppe

in tuam Reginæq; laudem & gloriam vere dici poterant: prætermiserit. REX. Mihi sat est recte fecisse. Nam gloria: etiam si id non agamus: tanquã umbra corpus: benefacta consequitur.

Captiui. Cardinalis. Fernandus Rex.

Benedictus dominus deus Israel: quia visitauit: & fecit redemptionem plebis suæ.
CARDINA. Canentes nescio quos audio. REX. Agmen est eorum: quos ex nostris. captos Mauri diu in cõpedibus & vinculis tenuerunt. Miserum me: vt sunt senti / squallidi / luridi / laceri / toto deniq; habitu vultus & corporis deformati.
CAR. Tales sunt: vt vix vxores & liberi eos agnoscere posse videantur. REX. Cuius mentem / vel ferream / misericordia nõ tangat: si eius oculis tam dirum spectaculum sit obiectum! Procedam⁹ paululum illis obuiam. Si enim seruitutem istam æquo animo propter fidem tulerunt: in martyrum quodãmodo numerum referri possunt. CAPTI. Rex æternum viue: cui tãtum debemus: quantũ hominem homini debere vix fas est. Tu enim nobis libertatẽ: quæ bonis / vita est carior. Tu patriã: qua nihil est iucundius. Tu liberis nostris parentes: Nobis liberos. Tu coniugibus nostris viros: nobis coniuges. Tu propinquos: affines / amicos / fortunas / & deniq; nosmetipsos nobis reddisti: omnia quæ ab homine optari possunt bona: simul cum libertate amiseramus: ea nobis per te hodierna die restitu
d d iij

ta sunt. Pro quibus omnib⁹ gratias tibi agere sup-
uacaneū est. Quis enī p̄ immortalibus tuis erga nos
meritis conuenire existimet: vt tam vili munere de
fungamur orationis! Gratia autē referre nō est n̄g
facultatis: sed eā sperare debes ab illo: cuius vexil-
la secutus gloriosam hanc de hostibus eius victoriā
reportasti: qui pia hominū facta ex alto p̄spiciēs:
singulis p̄m̄ia digna munerat. Nos quod possu-
mus: te nō solū vt Regē: id quod es: sed vt paren-
tē: & si fas est dicere: deū salutis nostræ: vitē: liber-
tatis: fortunæ colemus: & dū spūs hos artus reget:
obseruabimus: REX. Neq; a vobis: neq; a deo a
quoq; hominū istas gratiarū actiones vnq; desydes-
rauimus. Id mihi iucundissimum est: vos videre li-
beros & incolumes: pro quorum salute / acrius q̄ p̄
Imperii p̄pagatiōe & gloria dimicauimus. CAR.
Istuc recte. Satius quippe est & gloriosius: ciuem
vnum seruare q̄ multos hostes perdere. REX. Tu
dispensator hos in castra ad Reginam deducito: &
abluto squallore / congruentibus vestibus exorna:
nihilq; quod ad cultū aut victum pertineat: eis de-
fieri patiaris. Vos vero bono animo estote. CAP.
Quid ni simus! cum te viuū ac victorē videamus.

Rex. Cardinalis.

Opportune Reginæ mentio incidit: eam cū
principe ceterisq; liberis nostris q̄ primum
huc adesse oportet: vt nobiscum vna vr-
bem ingrediatur: sitq; nunc particeps honoris & le-

ticia: ita vt haectenus particeps sociarq; fuit laborū:
vigiliarum: periculorum. **CARDINA.** Imita
ta est Ipsycrateam: quæ virum in castra ac p̄ om̄ia
bellorum discrimina secuta est. Sed tua: consilio:
prudentiā: animi magnitudine: longe illa superior
est. Nā de pudicitia: qua Lucretiæ par est. amore
coniugali: quo Iuliæ Pompei: aut Portiæ Bruti nō
cēdit: reliquisq; virtutibus: quæ ad consummatam
matronā spectant: dicere superuacaneū est. **REX.**
Hui tu mihi illā laudas. Sat scio nihil tā magnifice
dici posse: quin id excellēs ac diuina illius virtus lō-
ge exuperet. Puer curre propere: ac Reginam cum
liberis / reliquoq; comitatu huc meis verbis euoca.
Sed Baudelis egreditur cum suis satrapis. Nescio
quid mœstus secum loquit̄. Cōcedamus hinc pau-
lulū ad dexterā / vt nos tardius videat: possimusq;
interea sermones eius aucupari.

Baudelis. Fernandus Rex. Cardinalis.

Quis vnq̄ existimasset: qui annos ab hinc
decem me tot diuitiis opibusq; affluentē:
tanto equitatu ac peditatu stipatum. tot
oppidis / Castellis / Urbibus / opere ac natura muni-
tissimis cinctum vndiq; ac vallatū: omni deniq; bo-
norum copia florentem vidisset: fore aliquando:
vt in has erumnas miseriasq; quæ nūc me premūt:
inciderem? O fortuna: quæ dici soles nunquam es-
d d iiij

se perpetuo bona: vt ex illo tempore: ad hoc: aduersum me es perpetuo mala! REX. Hic mihi consolandus est: ne se adeo maceret. CARDINA. Bene factum. REX. Nihil est Baudeli quod tantopere fortunam lamenteris tuam. BAVDELIS O salue Rex inuictissime. Nuper tibi urbem cum omnibus meis fortunis tradidi. Nunc me ipsum: coniugem: liberos: spesque omnes meas. & si quid est mihi amplius reliquum: absque vlla exceptioe dedo. Illud dumtaxat per tuam istam dexteram victoria & fide gloriosam te oro: vt cum de me: coniuge: liberisque deliberare voles: non victoriam (quæ natura insolens & superba est) sed tuum mitissimum ingenium: tuam solitam humanitatem: mansuetudinem: clementiam: quas egomet: dum tuus captiuus fui: expertus sum: in consilium adhibeas: fortunamque: cui tantum de me licuit: reuereare. REX. Exurge ac bonum habeto animum. Sensisti hactenus: quantum aduersus hostes in bello valerem: qualis vero in pace sim: presertim aduersos eos: qui ad nostram fidem misericordiamque confugerunt: posthac senties: erisque documento ceteris: vt expiri malint: quid possim prodesse amicus: quam obesse inimicus. Vos eum in castra comitamini: vbi curate vt honorifice accipiatur. Sed heus concedite istorsum ad sinistram: ne is Reginam ad nos (vt video) cum comitum suorum pompa aduentantem vsquam remoretur.

Regina. Rex Fernandus.

Alue Rex. Omnia tibi ex sententia hodie
obtigiſſe maximoꝛe gaudeo. REX: Cre
do. Quandoquidem tu mearũ omniũ vo
luptatum: honoris: & gloriæ particeps & ſocia es.
Introeamus iam urbem: vt eius poſſeſſione (quod
tot ſuſpiriis: tot votis nos ac maiores noſtri tã diu
optauere) tãdem aliquãdo perfruamur. Deoꝛ no
ſtro gratias agamus: qui tot curis: tot diſpendiis:
tot moleſtiis: laboribus: periculisq; noſtris: finẽ ho
dierna die imponere: fidemq; ſuam ſanctiſſimã p
nos miniſtros ſuos amplificare & exaltare dignat⁹
eſt. REGI. Iſtuc ſi grati eſſe volumus: vt certe vo
lumus: iuſtiſſimum eſt. REX Eamus iam intro.
REG. In me nulla ẽ mora. Vos valete & plaudite.

Acta Ludis Romanis Innocẽtio octa
uo in ſolio Petri ſedente Anno a Na
tali Saluatoris .M. CCCC. XCII.
Vndecimo Kalendas Maii.

.j. 4. 9. 4.

NIHIL SINE CAUSA.

.I. .B.

De Insulis nuper in
mari Indico repertis



De Insulis nuper inuentis

Epistola Christoferi Colom (cui etas nostra multum debet: de Insulis in mari Indico nuper inuentis: ad quas perquirendas octauo antea mense: auspiciis & ere inuictissimi Fernandi Hispaniarū Regis missus fuerat) ad Magnificū dominū Raphaelem Sanxis: eiusdem serenissimi Regis Thesaurarium missa: quam nobilis ac litteratus vir Aliander de Cosco: ab Hispano ideomate: in latinum conuertit: tercio Kalendas Maii. M. cccc. xciiij. Pontificatus Alexandri Sexti Anno primo.

Quoniam susceptę prouincię rem perfectā me consecutū fuisse: gratum tibi fore scio. has constitui exarare: quę te vniuscuiusq; rei in hoc nostro itinere gestę inuētęq; admoneāt. Tricesimotercio die postq̄ Gadibus discessi: in mare Indicū perueni: vbi plurimas Insulas innumeris habitatas hominibus reperi: quarū omnium p̄ felicissimo Rege nostro: præconio celebrato / & vexillis extensis: cōtradicente nemine possessionē accēpi. primęq; earum: diuī Saluatoris nomē imposui. cuius fretus auxiliō: tam ad hanc q̄ ad cęteras alias puenimus. Eam vero Indi Guanahany vocant. Alię etiam vnāquaq; nouo nomine nūcupauī. Quippe aliam Insulam Sanctę Marię Conceptiōnis. aliam Fernandinam. aliam Hyfabellam. aliā

J. M. v. 16. Sig. 1. Lit. v. 16. 1782. 4. 11. D. 316.

Iohānam / & sic de reliquis appellari iussi. Quā pri-
mum in eam Insulam (quam dudum Iohannā vo-
cari dixi) appulimus: iuxta eius littus occidentē ver-
sus aliquantulum processi: tāq; eam magnam nul-
lo reperto sine inueni: ut non insulam: sed continē-
tem Chatay puinciam esse crediderim: nulla tamē
videns oppida / municipiaue in maritimis sita confi-
nibus: p̄ter aliquos vicos & p̄dīa rustica: cū quoq;
incolis loqui nequibā: quare simul ac nos videbant
surripiēbant fugam. Progrediebar ultra: existimās
aliquam me urbem villas ve inuenturū. Deniq; vi-
dens q; longe admodū progressis: nihil noui emer-
gebat: & huiusmodi via nos ad Septētrionem dese-
rebat (quod ip̄e fugere exoptabā: terris etenim re-
gnabat bruma) ad austrumq; erat in voto cōtende-
re: nec minus ventī flagitantibus succedebāt. cōsti-
tū alios nō opiri successus: & sic retrocedēs: ad por-
tum quendā (quem signaueram) sum reuersus: vn-
de duos homines ex nostris in terrā misi: qui inue-
stigarent: esset ne Rex in ea prouincia / vrbesue ali-
quæ. Hi per tres dies ambularunt: inuenerūtq; in-
numeros populos & habitaciones: paruas tamē &
absq; vllō regimine: quapropter redierunt. Interea
ego iam intellexeram a quibusdam Indis: quos ibi
dem susceperam: quomodo huiusmodi prouincia
Insula quidē erat. & sic perrexi oriētem versus: eius
semp; stringens littora vsq; ad miliaria. cccxxij. vbi
ipsius insulæ sunt extrema: hinc aliam Insulam ad

orientem prospexi: distantem ab hac Iohanna mi-
liaribus. lxxxij. quā protinus Hispanam dixi: in eāq;
concessi: & direxi iter: quasi per Septentrionē quē-
admodum in Iohanna ad orientē: miliaria. dlxxxij.
quæ dicta Iohāna & aliæ ibidem Insulæ q̄ fertilissi-
me existunt. Hæc multis atq; tutissimis & latis: nec
aliis quos vnq̄ viderim comparandis portibus: est
circundata. multi maximi & salubres hanc interflu-
unt fluuī. multi quoq; & eminentissimi in ea sunt
mōtes. Omnes he insulæ sunt pulcherrime & variis
distingte figuris: peruie: & maxima arborum varie-
tate sidera lambentium plene: quas nunq̄ foliis pri-
uari credo: quippe vidi eas ita virētes atq; decoras:
ceu mense Maio in Hispania solent esse: quæ aliæ
florētes: aliæ fructuose: aliæ in alio statu: secundum
vniuscuiusq; qualitatem vigeant: garriebat philo-
mena: & alii passerēs variū ac innumerū: mense No-
uembris quo ipse per eas deambulabam: Sunt præ-
terea in dicta Insula Iohanna: septem vel octo pal-
marum genera: quæ proceritate & pulchritudine.
(quæadmodum ceteræ omnes arbores/ herbe/ fru-
ctusq; nostras facile exuperant. Sunt & mirabiles
pin⁹/agri/ & prata vastissima/ variæ aues/ varia mel-
la/ variaq; metalla: ferro excepto. In ea autem quā
Hispanam supra diximus nocupari: maximi sunt
montes ac pulchri: vasta/ rura/ nemora/ cāpi feracis-
simi/ seri/ pacisq; & cōdēdis edificiis aptissimi. Por-
tuum in hac Insula cōmoditas: & præstantia flumī
e e.


num copia salubritate admixta bominū : quæ nisi
quis viderit : credulitatem superat . Huius arbores
pascua & fructus / multū ab illis Iohanę differūt .
Hæc præterea Hispana diuerso aromatis genere /
auro metallisq; abundat . cuius quidem & omnium
aliarum quas ego vidi : & quarum cognitionem
baheo incolę vtriusq; sexus : nudi semp incedunt :



quēadmodū edunt in lucem. præter aliquas femi-
nas. quę folio fronde ue aliqua: aut bombicino ve-
lo: pudenda operiunt: quod ipse sibi ad id negocii
parant. Carent hi omnes (vt supra dixi) quocunq;
genere ferri. carent & armis: vtpote sibi ignotis. nec
ad ea sunt apti. non propter corporis deformitatē:
(cum sint bene formati) sed quia sunt timidi ac ple-
ni formidine. gestant tamen p̄ armis arundines so-
le perustas: in quæ radicibus: hastile quoddam li-
gneum siccum & in mucronem attenuatum figūt:
neq; his audent iugiter vti: nam sæpe euenit cū mi-
serim duos vel tris homines ex meis ad aliquas vil-
las: vt cum earum loquerent̄ incolis: exiisse agmen
glomeratum ex Indis: & vbi nostros appropinqua-
re videbant: fugam celeriter arripuisse: despretis a
patre liberis / & contra. & hoc non q̄ cuiusdam eorū
damnum aliquod vel iniuria illata fuerit: immo ad
quoscunq; appuli: & quibus cū verbum facere po-
tuit: quicquid habebam sum elargitus: pannū alia-
q; p̄ multa: nulla mihi facta versura: sed sunt natu-
ra pauidi ac timidi. Ceterum vbi se cernunt tutos:
omni metu repulso: sunt admodū simplices ac bo-
nę fidei: & in omnibus quæ habent liberalissimi: ro-
ganti q̄ possidet inficiatur nemo: quin ipsi nos ad
id poscendum inuitant. Maximum erga omnes a-
more præferunt: dant quęq; magna p̄ paruis. miní-
ma licet re/nihiloue cōtenti: ego attē phibui ne tā
minima & nullius precii hĩscē darentur: vt sunt lan-

cis/parapsidum/vtiricq; fragmenta/Item clauil/ligu
le/quanq; si hoc poterant adipisci: videbat eis pul-
cerrima mundi possidere iocalia. Accidit enī quen-
dam nauitam: tātum auri pondus habuisse p vna
ligula: quāti sunt tres aurei solidi: & sic alios p aliis
minoris precii: p̄sertim p̄ blanquis nouis: & qui-
busdam nummis aureis: p̄ quibus habendis dabāt
quicquid petebat venditor: puta vnciam cum dimi-
dia & duas auri: vel triginta & quadraginta bōbi-
cis pōdo: quā ipsi iā nouerāt. Item arcuū/ampho-
re/hidrie/doliūq; fragmenta: bombice & auro tan-
quā bestię comparabant: quod quia iniquum sane
erat: vetui: dedi q; eis m̄ta pulcra & grata: que me
cum tuleram nullo interueniente premio: vt eos mi-
hi facilius conciliarem: fierētq; christicole: & vt sint
promi in amorem erga Regem reginam principesq;
nostros & vniuersas gentes Hispaniæ: ac studeant
perquirere & coaceruare: ea q; nobis tradere quib;
ipsi afflunt & nos magnopere indigemus. Nullam
hiū norunt ydolatriā: immo firmissime credūt om-
nem vim: omnē potentiam: omnia deniq; bona es-
se in cælo: meq; inde cum his nauibus & nautis de-
scēdisse: atq; hoc animo vbi fui susceptus postq; me
tum repulerant. Nec sunt segnes aut rudes: quin
summi ac p̄spicacis ingenii: & homīes qui transfre-
tant mare illud: nō sine admiratiōe vniuscuiusq; rei
rationem reddunt: sed nunq; viderūt gentes vesti-
tas neq; naues huiusmodi. Ego statim atq; ad ma-

re illud peruenire: prima Insula quosdā Indos vio-
lenter arrípuí: qui edíscerēt a nobis : & nos pariter
docerent ea: quorū ipsi in hisce partibus cognitio-
nem habebant. & ex voto successit: nam breuí nos
iplos: & hi nos: tum gestu ac signis: tū verbis intel-
lexerūt: magnoq; nobis fuere emolumēto. veniūt
modo mecū tamē: qui semp putāt me desiluísse e
cælo q̄uis diu nobiscū versatí fuerint: hodieq; ver-
sent. & hi erant primí: qui id quodcūq; appellaba-
mus nunciabant: alii deinceps alii elata voce dicē-
tes. Venite venite & videbitis gētes ethereas. Quā
obrem tam femine q̄ viri: tam impuberes q̄ adulti:
tam iuuenes q̄ senes: deposita formidine / paulo an-
te concepta: nos certatim vísebāt magna íter stipā-
te caterua / aliis cibum / aliis potum afferētibus: ma-
ximo cum amore ac benivolentia incredibili. Ha-
bet vnaqueq; Insula: mltas scaphas solidi ligni: &
si angustas: longitudine tamen ac forma nostris bí-
remibus similes: cursu autē velociores. Regunt̄ re-
mis tantūmodo: Harum quedē sunt magnæ: que-
dam paruę: quedam in medio consistūt. Plures ta-
men biremi que remigēt duo deuíginti transtris ma-
iores: cum quibus in omnes illas Insulas: que in nu-
mere sunt: traicitur cunq; his suam mercaturam ex-
ercēt: & inter eos cōmertia fiunt. Aliquas ego hæc
biremium seu scapharum vidí: que vehebāt septua-
ginta & octuaginta remiges. In omibus his Insu-
lis nulla est diuersitas inter gentis effigies. nulla in
e e iij.



moribus atq; loquela: quín omnes se intelligūt ad-
 inuicē: quæ res putilis est ad id: quod serenissimū
 Regem nostrum exoptare præcipue reor: scilicet eo-
 rum ad sanctam christi fidem cōuersionē. cui qui-
 dem quantum intelligere potui facilimi sunt & pro-
 ni. Dixi quēadmodum sum progressus antea Insu-
 lam Iohanam per rectum tramitem occasus in ori-

entem miliaria .cccxxij. secundum quam viam & interuallū itineris : possum dicere hanc Iohanam esse maiorem Anglia & Scotia simul : nāq; vltra dicta .cccxxij. passuum milia : in ea parte quę ad occidentem prospectat : due (quas nō pecii) supersunt prouincie : quarum alteram Indi Anan vocant : cuius accole caudati nascuntur. Tenduntur in longitudinē ad miliaria .clxxx. vt ab his quos vcho mecum Indis percepi : qui omnis has callent Insulas . Hispanie vero ambitus maior est tota Hispania a cologna vsq; ad fontem rabidum . Hincq; facile arguitur q̄ quartū eius latus quod ipse per rectam lineam occidentis in orientem traieci : miliaria continet . dxi . Hęc Insula est affectanda & affectata nō spernenda in qua & si aliarum omnium vt dixi pro Inuictissimo Rege nostro solenniter possessionem accepi : earumq; imperiū dicto Regi penitus committitur : in oportuniori tamen loco : atq; omni lucro & commertio condecienti : cuiusdam magnę ville : cui Natiuitatis domini nomen dedimus : possessionem peculiariter accepi . ibiq; arcem quandā erigere ex templo iussi : quę modo iam debet esse perfecta : in qua homines necessarij sunt visi : cum omni armorum genere : & vltra annum victu oportuno reliqui . Item quandam carauellam : & pro alijs cōstruendis tam in hac arte q̄ in ceteris peritos : ac eiusdem Insule Regis erga nos beniuolentiam & familiaritatē incredibilem . Sunt enim gētes ille ama-

e e iiij

biles admodum & benigne: eo q̄ Rex prædictus
me fratrem suum dici gloriabatur. Et si animum re-
uocarent: & his qui in arce manserūt nocere velint:
nequeunt: quia armis carent: nudī incedunt: & ni-
mīum timidī. ideo dictam arcem tenentes: duntax-
at possunt totam eam insulam nullo sibi imminē-
te discrimine (dūmodo leges quas dedimus ac re-
gimen non excedant) facile detinere. In omnibus
his Insulis vt intellexi: quisq; vni tantum cōiugi ac-
quiescit: præter principes aut reges: quibus viginti
habere licet. Feminae magis q̄ viri laborare vident:
nec bene potui intelligere an habeāt bona propria
vidi enim quod vnus habebat aliis impartiri: p̄ser-
tim dapes / obsonia / & huiusmodi. Nullum apud
eos monstrum reperi: vt pleriq; existimabant: sed
homines magnę reuerētię atq; benignos. Nec sunt
nigri velut ethiopes. habēt crines planos ac demis-
sos: nō degunt vbi radiorum solaris emicat calor.
permagna nanq; hic est solis vehemētia: p̄pterea
ab equinoctiali linea distat (vbi videt) gradus sex
& viginti Ex montiū acuminib⁹ maximū quoq; vi-
get frigus: sed id quidē moderant̄ Indi: tū loci con-
suetudine: tū rerū calidissimæ quib⁹ frequēter &
luxuriose vescunt̄ p̄sidio. Itaq; mōstra aliq̄ nō vidi:
neq; eoꝝ alicubi habui cognitionē: excepta quadā
Insula Charis nūcupata: quæ secūda ex Hispana
in Indiam transfretatibus existit. quam gens que-
dam a finitimis habita ferocior / incolit. hi carne

humana vescuntur. Habent predicti birēmiū gene-
ra plurima: quibus in omnes Indicas Insulas traici-
unt/depredant/surripiuntq; quecunq; possunt. Ni-
hil ab aliis differunt: nisi q; gerunt more femineo lon-
gos crines. vtuntur arcubus & spiculis arundineis:
fixis (vt diximus) in grossiori parte attenuatis ha-
stilibus. ideoq; habentur feroces: quare ceteri Indi
in exhausto metu plectuntur: sed hos ego nihil fa-
cio plus q̄ alios. Hi sunt qui coeunt cum quibusdā
feminis: quæ sole Insulā Matheunin primā ex Hi-
spana in Indiam traicientibus habitant. He autē
femine nullum sui sexus opus exercent: vtunt enim
arcubus & spiculis sicuti de earum cōiugibus dixi:
muniūt sese laminis eneis: quarum maxima apud
eas copia existit. Aliam mihi Insulam affirmant su-
pradictā Hispana maiorem: eius incole carēt pilis &
auroq; inter alias potissimum exuberat. Huius In-
sule & aliarum (quas vidi) homines mecum porto:
qui horum quæ dixi testimonium perhibent. De-
niq; vt nostri discessus & celeris reuersionis cōpen-
dium: ac emolumentum breuib; astringā hoc pol-
liceor: me nostris Regibus inuictissimis paruo eorū
fultum auxilio: tātum auri daturum quantū eis fu-
erit opus. tantum vero aromatum. bombicis. ma-
sticis (quæ apud Chium duntaxat inueniūt) tantūq;
ligni aloes. tantum seruorū hydrophilatorū: quan-
tum eorum maiestas voluerit exigere. Item reubar-
barum & alia aromatum genera: quæ hii quos in di-

Etta arce reliqui / iam inuenisse: atq; inuētuos existi
mo. quādoquidem ego nullibi magis sum moratus
nisi quantū me coegerūt venti: praterq̄ in villa Na
tiuitatis: dū arcem condere & tuta omnia esse puī
di. Quæ & si maxima & inaudita sunt: multo tamē
maiora foret si naues mihi (vt ratio exigīt) subue
nissent. Vex multū ac mirabile hoc: nec nostris me
ritis correspōdens: sed sanctę Christianę fidei: nos
trorūq; Regum pietati ac religioni. quia quod hu
manus consequi non poterat intellectus: id huma
nis concessit diuinus. Solet enim deus seruos suos:
quicq; sua præcepta diligunt: etiā in impossibilibus
exaudire: vt nobis in præsentia contigit: qui ea cō
secuti sumus: quę hæctenus mortalium vires minī
me attigerant. nam si harū Insularū quicpiā aliqui
scripserunt aut locuti sunt: omnes p̄ ambages & cō
iecturas / nemo se eas vidisse asserit: vnde p̄pe vide
batur fabula. Igit̄ Rex & Regina / principes / ac eo
rum regna foelicissima: cunctaq; aliæ Christianorū
p̄uincię: Saluatori domino nostro Iesu christo aga
mus gratias: qui tāta nos victoria munereq; dona
uit: celebrentur processiones: peragan̄ solennia sa
cra. festaq; fronde velentur delubra. Exultet Chri
stus in terris: quēadmodū in cœlis exultat: cum tot
popolorum perditas ante hac animas saluatum iri
p̄uidet. Letemur & nos: tum p̄pter exaltationē
nostrę fidei. tum p̄pter rerū temporalium incremē
ta: quorū nō solū Hispania: sed vniuersa Christia

nitas est futura p̄ticeps. Hęc vt gesta sunt sic breuiter enarrata. Vale. Vlisbonę/pridie ydus Marcii.

Christoforus Colom Oceanicę classis Præfectus.

Epigrāma. R. L. de Corbaria Episcopi Mōtis-palusi.

Ad Inuictissimū Regem Hispaniæ.

Iam nulla Hispanis tellus addenda triumphis:

Atq; parum tantis viribus/orbis erat.

Nunc longe Fois regio deprensa sub vndis:

Auctura est titulos Bęthice magne tuos.

Vnde repertori merito referenda Columbo

Gratia: sed summo est maior habenda deo:

Qui vincenda parat noua regna / tibiq; sibiq;

Teq; simul fortem præstat & esse pium.



Oceanica Classis

